Ad dolorem dentium à materia frigida.] Decoctum origani, ſalviæ, ſerpilli, rorismarini, ſem. ſtaphidis agriæ, rutæ, radicis pyrethri, ſarſæparillæ, ligni ſancti, acori, diptamni albi, granor. juniperi, vel ℞. gummi juniperi ℨß. vini rhenani ℥viij. Coq. colatura calida detineatur ore, conducunt etiam olea deſtillata, caryophyllorum, thymi, nucis moſchatæ, cinnamomi, ligni juniperi, guajaci, buxi, heraclyni, quod ex tempore ſiſtit dolores vehementiſſimos. præſtans etiam eſt oleum caryophyllorum, in cujus ſcil. ʒj. camphoræ ʒß. ſolutus fuerit. Hujus compoſiti gutt. j. vel altera in goſſypio (præſertim quod cum moſcho fuit) cavo denti

immiſ-

miſsâ vel etiam dolenti alioquin
plicata omnem dolorem aufert, &
experimentum Hartmanni. denti-
s etiam cavis dolentibus cum fructu
litur gallia moſchata cum cypero
maſtiche mixta.
Externe adhibeantur Emplaſtra &
aplasmata. quia dolor dentium ſæ-
ſime à capitis defluxionibus. hinc
nporibus applicetur Emplaſtrum de
ſtiche, gummi elemi &c. maxillis
ò Emplaſtrum de meliloto oxycro-
um, vel ℞. radic. malv. No. 12. Coq. ad
ollit. adde farinæ ſem. fænugræci, li-
, pulv. anethi, flor. chamæm. à ℥j.
inæ hordei ℥iiij. F. c. oleo chamæm.
anethi Cataplasma. Nullum a. præ-
tius remedium invenies, ſecundum
zaldum, in doloribus dentium,
am eſt Emplaſtrum factum ex pice
gari, aut reſina liquefacta cum pul-
e aluminis & nucis, quam gallam
ncupant, modò arteriæ temporali
ilò ſuprà dentem excruciantem ca-
um apponatur, & ibidem per diem
ac no-

ac noctem geſtetur, cùm præſertim dolor dentium conſiſtit in maxilla ſuperiore.

Ad dolorem dentium à quacunque cauſa.] ℞ rad. filicis, pentaphylli à ʒiij. biſtortæ ʒij. fol. rutæ, ſalviæ, betonicæ, flor. roſar. à Mß. Coq. in vino rubro adſtring. & aq. ſ. à q. s. ad tertias, pro collutione oris. eſt Experimentum D. Sennerti. vel ℞ rad. pentaphylli, biſtortæ à ℥j. cyperi ʒij. flor. roſar. rubr. Mß. Coq. in aq. ferrata, adde aluminis ʒij. colatura F. collutio aut ℞ corallor. rubr. C. C. uſti præp., rad. biſtortæ, pentaphylli, maſtichis, rad. cyperi à ʒj. M. F. pulvis ſubtiliſs. præſervat ſimul à dolore. Montagnana ad omnem dentium dolorem hoc euporiſton à ſe expertum ſæpius commendat: ℞ camphoram & permitte eam, ut in aceto ebulliat modicum; deinde teneat æger in ore tepidum, & liberabitur certò. radix item lapathi acuti in taleolos ſecta & exſiccata dentibus dolentibus impoſita dolorem ſuperfluum extra-

ahit. debet autem radix colligi Ve-
nte germinationem, aut Autumno.
n præſtat decoctum radicis lappæ
oris ex aceto aliquandiu ore deten-
ı. Præterea ſummum & extempo-
eum ad omnem odontalgiam reme-
m eſt Aqua Nicotianæ cum debita
ıntitate ſeu doſi camphoræ ac opii
B. M. deſtillata. horum autem ju-
m quantitatem ſi exceſſeris, plus da-
ıi quam commodi inde ſenties.

Vermes dentium necant.] fu-
ıs de ſemine hyoſcyami, ex fructibus
ılicacabi ſeu granis alkekengi, qui et-
m ad dolores dentium maximè valet.
d cave, ne fumus ad pulmones attra-
atur. item ex trochiſcis de ſemine hyo-
:yami albi factis cum ſucco porri vel
epæ & nitro cum ſevo hircino aut de-
octum radicis fraxini, folior. urticæ,
ıccus centaurii minoris, aloë, myrrha,
.C., collutio oris cum ſpiritu vini.

Dentes extripant.] pinguedo ra-
narum viridium in arboribus degenti-
um, ac earundem pulvis, ſuccus tithy-
mali

mali denti inditus, ſal ammoniacus, ſemen hyoſcyami, gummi hæderæ, radix cucumeris agreſtis in aceto macerata.

Ad mundificandos, detergendos ac dealbandos dentes.] pulvis dentifricius Auguſtanorum, aut alii pulveres ex oſſibus ſepiæ, lapide pumicis, ſpongiæ, alabaſtri, teſtis ovorum, mandibulis lucii, matre perlarum, oculis cancri, C.C. corallis rubris, alumine, ſale, tartaro, gummi juniperi, maſtiche, thure, myrrha rubra, camphora, gallia moſchata, radice cyperi, ireos. decoctum item radicum capparum, filicis, pentaphylli, oxylapathi, pimpinellæ, peucedani, folia ſalviæ, indi, menthæ, rorismarini, baccæ lauri, juniperi &c. in vino cocta addito oxymelite ſquillitico vel melle roſato, oris etiam collutio cum vino à paſtu. Hæc enim dentium corruptionem, corroſionem ac putredinem arcent. ſecreti vero loco ad confrimandos & dealbandos dentes habentur carbones & cineres ſtipitum rorismarini, cinis nicotianæ, item folia

origani,

ıni, hyſſopi, menthæ, ſalviæ, ſepa-
ı vel plura uſta ac in cineres reda-
nire etiam confert ſuccus raphani,
ıo ſal ſolutum eſt. vel ℞. radic. ire-
yperi à ℨjß. C.C. uſti, mandibular.
, maſtichis à ℨj. cremor. tartari
. M. F. pulvis tenuiſſimus.

ıd gingivas fætidas & ſcorbu-
s inungendas.] aquilegia & un-
ıtum ex ea paratum valde prodeſt,
lecoctum ſummitatum rubi idæi,
æ, prunellæ, plantaginis, auriculæ
is, ſerpentariæ. vel R. pulv. fol. a-
eg., ſalviæ, menthæ, criſpæ, nuc.
ſchatæ, à ℥ß. aluminis uſti ℥j. mel-
uriſſ. ℥vj. deſpumetur prius. Exper-
ı eſt ex Praxi Sennerti, vel ℞. folior.
ileg. menthæ, ſalviæ minor. à ℨj
rhæ rubræ, ℈iiij. alumin. uſti ℨijß
lis virginei vel ſquillitici ℨiij aut q.
I.F. l. a. unguentum. vel ℞. flor. a-
leg. fol. menthę, ſalviæ, nucis moſch.
rrhæ à ℨij. alum. uſti ℨx. pulv. ſub-
ſſimè & cum melle aquilegiæ excipi-
ur, ut F. unguentum. ad gingivarum
carnem

carnem regenerandam plurimum etiã valet ſequens : ℞. thuris, maſtichis, ſarcocollæ, ſanguinis draconis à ℥j. M. F. pulvis, vel ℞. thuris, maſtichis, ariſtolochiæ rotundæ, ſang. draconis, farinæ orobi rad. ireos à ℥j. M. F. pulv. ſubtiliſſimus.

DENTIBVS NOCIVA.

AEr frigidus ſecundum Hippocratem, & omnia frigida, præſertim ſi ſuper frigida aſſumpta ſtatim calida aſſumuntur, valde nocent propter ſubitam mutationem de contrario in contrarium.

Nimis calida aſſumpta, ſeu calidiora juſcula & cibi omnes impensè actu calidi, pultes præcipuè, cibi item crudi, viſcoſi, acres, duri, pingues, carnes anguillæ, ſuillæ.

Vſus frequens lactis, caſei, placentarum, laganorum, leguminum, frixorum omnium, frequens etiam humidorum fructuum uſus, porri uſus.

Acetum

cetum, hinc in dolore dentium, gingivæ ſimul affectæ ſunt, acetum collutione & uſu omninò vitan- a eſt.

acres humores à capite defluentes.

Omnia dulcia dentibus nocent, & cipuè ſaccharum & ex hoc parata, le probè notandum, quod Henricus Heer in ſuis Obſervationibus de ma- na quadam ſcribit: quoties n. hæc is paſſas, ſaccharum vel dulce aliquid tabat, acerbiſſimis dentium dolori- s affligebatur, nec moleſtiâ levaba- , donec amari aliquid aſſumeret.

Topica externa repellentia ac inter- talia, item opiata & ſtupefacientia ocent in doloribus dentium ob me- m ſubſecuturæ ſuffocationis & angi- e. obſervatum etiam ſæpius, propter ateriæ iſtius condenſationé ulcus ſub- cutum eſſe, & fiſtulam vix ſanabilem.

Denigrant dentes.] cortices gra- atorum, flores balauſtii, gallæ, vitrio- um, chalcitis, omnia acria & eroden- ia, ſuccus acaciæ & ejusdem fructus, a-

cetum,

cetum, ſublimati uſus & fuci mulierum ex hydrargyro dentes non ſolum nigredine inficiunt, eorumque caſum moliuntur, ſed & gingivas, putridas & exulceratas reddunt. mercurium enim oſſibus ac dentibus non tantùm ſuo frigore, ſed totâ ſubſtantiæ formâ ſpecificâ ſummè eſſe noxium Langius propriâ obſervatione demonſtrat: crebrò expertus ſum, inquit, cum ſordidis ulceribus in genu ac prope talos, pulverem mercurii præcipitati paulò frequentius inſpargerem, illius virtutem, cæteris membris illæſis ad dentes penetraſſe ac pharyngem diurno nocturnoque ſalivæ effluxu maduiſſè.

Tandem nota, quod Sennertus monet, ex uno tantum dentium ordine mandendum non eſſe, ſed ex utroque æqualiter, cum otioſi dentes facilimè corrumpantur.

PHA-

IMPLICIA INTERNA & EXTERNA.

Olia.] plantaginis, prunellæ, quercus, cupreſſi, centuinnodii ſeu polygoni, vitis, lactucæ, ſcabioſæ, a-ioniæ, pentaphylli, quod à proprie-ſingulari hîc conducit, conſolidæ liæ, veronicæ, violariæ, malvæ, ſedi oris, uvulariæ.

Flores.] roſarum rubr., chamæme-nelilotì, balauſtii, jaceæ nigræ, ſca-ſæ, cichorii, papaveris rheados, mal-itriusque.

Fructus.] jujubæ, caricæ pingues, ctyli, mala punica vel granata, mora, a, ceraſa, cydonia, prunella.

Semina.] lini, fænugræci, cydoni-ım, quod in mucilaginem redactum m aquis convenientibus præ reliquis urimum præſtat. item pſyllii.

Ligna & Cortices.] granatorum, gnum hederæ ad gutturis apoſtemata proprietate valet. obſervatum enim t comedentem ex cochleari hederæ gneo, ſive bibentem ex aliquo ipſius vaſe

SIMPLICIA INTERNA & EXTERNA.

vaſe ligneo, nunquam vel rarò in gutturis vel uvulæ apoſtema incurrere, ſcribit Iulius Cæſar Baricellus.

Radices.] glyzyrrhizæ, ariſtolochiæ rotundæ, althææ, polypodii q., ireos.

Ab animalibus.] dens apri; hujus enim magna eſt efficacia in curanda angina ac pharyngis reliquis affectibus. Sumitur ejus raſura aut pulvis ad ℈j. in oleo amygdalar. dulcium & ſaccharo candi, & eſt in angina ac pleuritide præſentaneum remedium atque arcanum. hoc atteſtatur Valleriola in Obſervationibus. ſtercus caninum album, ſeu album græcum cum melle mixtum & faucibus illitum. lac tepidè in ore detentum & aliquoties repetitum. ſummum etiam eſt remedium, in angina planè deſperata, pulvis cranii humani cum melle roſato mixtus. nec hic negligendum experimentum Mündereri ex corio lardino. item ſuccus cancrorum: ℞. cancros fluviatiles q. v., contun-

lantur in mortario cum aceto vini, poſtea F. colatura cum mediocri eſſione (huic colaturæ quidam adcent ſuccum ſedi majoris.) hac cora linguâ fricetur. poſt hujus tamen m ea quæ leniunt ſimul adhibenda t, ut ſyrupus violar. p., ex ſucco glyrhizæ, bugloſſæ, &c. eſtque remedipræſtantiſſimum ad nigredinem guæ à nimia caliditate internarum tium provenientem.

Mineralia.] alumen uſtum; nitrum ep. ſeu lapis prunellæ, ſpiritus vitrioſal ammoniacus cum ſyrupo papav. eados linguæ affricatus extemporaum eſt.

HARYNG. & ejus INFLAMM: INSERVIENTIA.

COMPOSITA INTERNA & EXTERNA.

AQuæ deſtillatæ.] plantaginis, ſaniculæ, pentaphylli flor. ſambu, portulacæ, veronicæ, fragorum, fol. uercus, roſarum, lactucæ, ſedi majoris, olygoni, virgæ paſtoris, ſcabioſæ, nymhææ.

Succi.

COMPOSITA INTERNA & EXTERNA.

Succi.] mororum, malor. punicorum, citri, caulium, ſedi majoris, agrimoniæ, mel roſatum, acetum roſatum, vinũ granatorum, gnaphalii montani.

Syrupi & Rob.] granatorum, mororum, violarum p., nucum viridium, fragorum, pyrorum, ceraſorum, jujubarum, cydoniorum, ribium, berberum, myrtillorum, roſarum ſicc., oxyſacch. ſ., de agreſta, ex ſucco rubi idæi, ſcabioſæ, portulacæ, diamoron cum ſucco granatorum, nymphææ.

Collutiones & Gargariſmi.] ex aqua hordei, ptiſana, decocto paſſular. cum furfure triticeo. valdè etiam prodeſt caſſia extracta cum aqua plantaginis pro collutione, item ſerum lactis in quo flores roſarum rubr. & ſummit. vitis cocta, additis diamoro & ſyrupo violarum. vel ℞. aq. plantag. prunellæ à ℥iiij. roſar. ℥iß. diamori ʒvj. mel roſati ʒiij. ſalis nitri præp. ʒß. M. pro collutione. Vel ℞. mucilag. ſem. pſyllii ℥j. ſacchari albiſſ.

. q. ſ. M.F. lohoh molle, bene agi-
o in mortario donec molleſcat. aut
ucilag. ſem. pſyllii vel cydonior.
ſyrupo violar. & papaveris. Sola
n decoctio hordei cum pauculo
is roſati, aut ſyrupo roſar. ſiccarum
ſſima eſt, inquit Pigræus in Chirur.
Euporiſton etiam valde conveni-
eſt tinctura flor. malvæ arboreſcen-
in aqua calida infuſa & extracta, hac
ıtura colluatur os ſolum, vel adda-
ei lapis prunellæ, alumen ac ſyrupus
lar. & papaver. rheados pro neceſſi-
s exigentia.

Cataplaſmata & linimenta.]
lus hirundinum in forma cataplaſ-
ıtis, item ſtercus hirundinum & ca-
albi cum unguento dialthææ & o-
amygdalar. dulc., vel ℞. nidum hi-
nd. Coquan. in decocto rad. althææ
pultis conſiſtentiam, adde ol. amygd.
lc., anethi à ℥ij. croci ʒj. caſſiæ extra-
e ℥jß. M. F. cataplaſma. item Empla-
um meliloti, axungia gallinarum, un-

gventum

INSERVIENTIA.

COMPOSITA INTERNA & EXTERNA.

guenthum dialthææ, oleum chamæm., amygdalar. dulc., lilior. alb., violarum. vel ℞. ol. lil. albor. amygd. dulc., violar. à ℥ij. pingued. capon. ℥j. emplaſtri de meliloto q. ſ. F. linimentum.

PHARYNGI NOCIVA.

OLeum nucum, acria item, erodentia, & ſuprà modum acida; rancida.

Omnia quæ ſanguinem calefacere poſſunt, piper & aromata, aliaque nimis calida intrinſecus medicamenti vice exhibita.

Alvus conſtipata ob flatus & fuligines aſcendentes. purgatio fortis propter ſubſecuturam faucium caliditatem & exſiccationem majorem. alias lenitiva conducunt tum præſervationis, tum curationis gratia. ubi Nota hieram picram in angina præſervationis cauſa ſummè prodeſſe. unde ſcribit Weickardus *in theſauro pharmacevtico*, cum Angina multos Romæ ſuffocaret, eaq; veluti peſtis graſſaretur, inventum remedium

lium à Medicis eſt, ut poſt cænam
pulv. hieræ picræ in pilulas coactus
iberetur, quo euporiſto quicunque
uerint periculum tàm atrocis mor-
eclinarunt, derivando ſcil. pituitam
m in alvum. An autem clyſteres hîc
veniant, & quæ præterea purgantia
proſint aut noceent, vide meam Ap-
dicem.

omnus longior; ex plurimo enim
no malum exaſperatur & humorũ
a inde augmentum ſumit, excitan-
gò tunc ſæpius ſunt ægri, illisq; de
pis aut aliis convenientibus aliquid
xhibendum.

epellentia loco affecto extrinſecus
bita, materiâ enim intrò propulſa
catio ſequitur.

Iercurius & ex hoc parata medica-
ta, de quibus probè obſervanda,
in dentium Nocivis de mercuria-
s dicta ſunt.

ocent etiam Gargariſmi, quando
or à cerebro in fauces, pulmones,
ntriculum fluit; tunc enim potiùs
dum eſt errhinis.

D THO-

attenuantia, expectorantia ac detergentia:

INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] herbarum quinq; capillarium, marrubii ſeu praſſii albi, quod pituitam viſcidam ac lentam validè expurgat; calaminthæ, thymi, pulegii, origani, ſpicæ, ſcabioſæ, quæ etiam abſceſſus aperit; veronicæ, cardui benedicti, nicotianæ, chærefolii, hederæ terreſtris, tuſſilaginis, betonicæ, hæc enim magnam vim ad tabem curandam & ulcera pulmonum corrigenda habet, ut obſervavit Valleriola. botryos multum expectorat; epithymi, naſturtii, ſaturejæ, ſymphyti, fæniculi, pulmonariæ muſcoſæ, pulmonariæ maculoſæ, cujus ſolius uſu ſemper plurimi reſtituti ſunt; lichenis ſeu epaticæ, hyſſopi qui peculiariter peripneumoniæ, aſthmati ac tuſſi veteri ex catarrho prodeſt, præſertim ſi cum melle & pulvere rutæ commixtus uſurpetur; ſcordii, roriſmarini, numulariæ: rorellæ, majoranæ, abrotani.

Flores.] ſcabioſæ, betonicæ, pulmonariæ,

attenuantia, expectorantia ac detergentia.

INTERNA SIMPLICIA.

ıonariæ maculoſæ, hyſſopi, tusſilagi-
is, ſpicæ, ſtæchados Arabicæ, meliſſæ,
hamæmeli Romani, anthos, graminis
ıarini, ſalviæ.

Fructus.] caricæ pingues, piſtacii,
ıctyli, uvæ paſſæ, pineæ, amygdalæ
ılces & amaræ, baccæ juniperi, avel-
næ Longobardicæ, caſtaneæ præſer-
n toſtæ & cum vino malvatico ſæpi-
uſurpatæ pectus mirum in modum
juvant; item ſumantur manè ac ve-
eri caricæ aliquot in aqua vitæ mace-
tæ, magnoperè enim conferunt ad ex-
ctorationem, ubi non adeſt ulcus.
ıx Indica non condita, ſeu pulpa nu-
Indicæ.

Semina.] aniſi, fæniculi, cymini,
turtii, ſinapis, rutæ hortenſis & ſyl-
tris, ſileris montani, ſeſelios Maſſili-
is, fænugræci, lini, orobi, (carthami
cnici) chærefolii, carduimariæ, car-
benedicti, napi, abrotani, quod or-
pnoicis plurimum auxiliatur.

Digitized by Google

attenuantia, expectorantia ac detergentia

INTERNA SIMPLICIA.

Aromata.] crocus, hujus enim uſus tùm cibi, tùm medicamenti loco utiliſſimus eſt in pectoris affectibus; ita crocus in ovo ſorbili cum ſaccharo & cinnamomo mixtus, ac veſperi ſæpius uſurpatus plurimum valet. caſſia lignea cinnamomum, zingiber, cubebæ, caryophylli, nux moſchata, maces.

Ligna.] xyloâloës, ſaſſafras, guajaci, & cortices citri ac aurantiorum.

Radices.] fœniculi, pimpinellæ, ireos, helenii, ſcyllæ, ariſtolochiæ rotundæ, quæ internos etiam abſceſſus aperit, tuſſilaginis, gentianæ, ari, angelicæ, acori, ſymphyti, liquiritiæ, althææ, polypodii, ceparum coctæ & comeſtæ; ſcordii, chinæ, ſcabioſæ, raphani, dracunculi etiam radix bis terve elixa in cibo validè incidit ac expurgat. Radix item ſaponariæ valdè juvat eos, quibus in thorace & pulmonibus fiſtulæ ſunt, admota & injecta. ideò utiliſſimè datur in pulmoniacis vel ad purulentam materiam,

Digitized by Google

eriam, aut pituitam, lentam ac craſſam otenter expurgandam, ut in Aſthmacis expertus eſt Schyronius.

Gummi & Terræ.] bolus armeus, quem Galenus feliciter ſæpius det aſtthmaticis, quia verò noſter bolus menus adſtrictionem habet, abſtindum ab eo eſt in expectorantibus, monet Montanus, & hujus loco C. ervi cum ſaccharo uſurpandũ. Gummi ammoniacum, benzoë, myrrha quæ magnitudinem piſorum aſſumpta, pectoris affectibus ad exſiccandum arrhum & roborandum pectus valconducibilis eſt, terebinthina; lenit m alvum ac aperiendo & abſtergénmundificat pectus, thus electum ſeu banum, ſtyrax calamita.

Marina.] ambra, ſuccinum.

Ab animalibus.] cancri fluviatipulmo vulpis, cervi, vituli, eorunque epar ac cor, moſchus, zibethũ, cus caninum album ſeu album Græ-

cum valdè expectorat, ſperma item ceti, millepedes uſti & præp., mel. Lac aſininum & propriè acceptum ab animali nutrito plantis appropriatis. nullum enim lactis genus eſt, quod uſque adeò benè detergat, ac facit lac aſininum; præterea valdè nutrit, tenuiſſimum eſt, facilimè digeritur, minimèque coagulatur huic propter vim detergendi ſuccedit lac caprinum, hoc etiam lac minus refrigerare quàm cætera genera lactis, ex eo convincitur, quod capra, ut teſtatur Plinius 8. *Hiſtor. c.50.* perpetuò febricitet, hujusque rei indicium eſt, morſus illius læthalis, quo quæcunque ex herbis & arbuſtis tangit, illa eadem quaſi comburit. Lac autem ovillum & bubulum nullam aut vix aliquam detergendi vim habent. Humanũ lac à totâ ſubſtantiæ proprietate hîc conducit.

THORACICA CALEFACIENTIA
attenuantia, expectorantia ac detergentia
INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] hyſſopi, praſſii, capillorum Veneris, veronicæ, hederæ,

Digitized by Google

ttenuantia, expectorantia ac detergentia
INTERNA COMPOSITA.

eræ terreſtris, carduibened. cardui-
iæ p.B., ſcabioſæ, betonicæ, ſalviæ,
rejæ, calaminthæ, rorismarini, ire-
ıbrotani, fæniculi, verbenæ, rutæ,
ſolidæ, pulegii, angelicæ, aqua pe-
alis Sennerti, pectoralis calida
ncreilii, aqua aſthmatica, Kolreu-
eri, aſthmatica Rudolphi Impera-
;, aq. Antiphthiſica, pulmonis vulp.
ſalvia, hyſſopo, capill. veneris &c.
z. aq. hederæ terreſtris q. v. adde
ervæ roſar. rubr. ut F. potio, eu-
ſton eſt non contemnendum. Vel
].papav. erratici q.ſ. dulcoretur ſac-
. candi & tepidè bibatur, habetur
ecreto, ſi eidem extractum ſcabio-
lmiſcetur.

piritus.] vini cum rore ſolis, ſe-
botryos, liquiritia ac marrubio,
inthinæ, ſulphuris, hic enim inſi-
virtutis atque efficaciæ eſt in Aſth-
, cum ſæpiſſimè ab obſtructione
rum oriatur, carduibenedicti, hed.
ſtris.

Digitized by Google

attenuantia, expectorantia ac detergentia
INTERNA COMPOSITA.

Olea deſtillata.] aniſi, fæniculi, cymini, angelicæ, carvi, macis, majoranæ, anthos, ſalviæ, ſerpilli, ſuccini.

Tincturæ.] elixir. proprietatis, tinctura ſulphuris, balſam. ſulphuris Crollii, rubinus ſulphuris Quercetani.

Extracta.] croci, helenii, glyzyrrhizæ, ireos Illyricæ, ſcabioſæ, veronicæ, hederæ terreſtris, angelicæ, carduibenedicti.

Decocta.] pectorale Auguſtanorum, florum & fruct., ligni guajaci, & ſarſæparillæ cum pectoralibus, item Chinæ. (poteſt & decoctum ligni exhiberi etiam ſemitabidis, quia ſic removetur cauſa illius gracilitatis, deinde incipit melius nutriri corpus, & ita poteſt dici, quod lignum faciat pinguedinem, per accidens, ſc. removendo illud quod faciebat gracilitatem.) abſtergit etiam ac confortat decoctum ſarſæp. & capillor. Veneris. mel roſatum cum aq. deſtillata hordei. mulſa in qua lota ſit terebinthi-

attenuantia, expectorantia ac detergentia

INTERNA COMPOSITA.

inthina aut cremor ejuſdem ptiſana
n croco & ſaccharo commixta. jus
i decrepiti cum pectoralibus & li-
guajaci. decoctum de rapis paſſis
n fecula bryoniæ & croco. Vel ℞.
llor. Veneris, hyſſopi, ſcabioſæ,
Tii à Mß. rad. helenii, ireos à ℥ij. ſem.
i, fænic. à ʒj. paſſul., liquirit. à ℥ß.
um No. vj. Coq. ad tertias Colat.
e ſyrupi capill. Ven., de hyſſopo à
oxymelitis ſcyllitici ℥ß. M. pro dua-
doſibus, reiteretur bis vel ter. vel
igni guajaci ℥iiij. ſarſæparillæ vel
fras ℥jß. infund. hor. 24. in aq. ℔iij.
e poſteà conſervæ violar., botryos à
dactylor. No. XI. Coq. in balneo
clauſo. colatura exhibeatur.

Vina medicata & Cereviſiæ.]
im in quo millepedes macerati, ſine
reſſione. ex hyſſopo, marrubio, he-
o, aromatibus, ſalvia, roremarino,
onica, hedera terreſtri.

Succi liquidi & inſpiſſati.] fæni-

D 5 culi,

culi, veronicæ, ſcabioſæ, pulmonariæ, maculoſæ, ſcyllæ, iridis cæleſtis, liquiritiæ, ſacchar. candi, penidii, mel anacardinum. huc ſpectat liquor raphani, qui fit ex ſaccharo albiſſimo ac raphani taleolis, ſimul in patinis duabus ſubinde commotis. hujus mox recenter facti datur cochlear unum manè ac veſperi.

Syrupi.] de hyſſopo, capillor. Veneris ſ. & comp., de praſſio, ex ſuccó hederæ terreſtris Quercetani, veronicæ, ſcabioſæ, carduibenedicti, dialthææ Fernelii; de nicotiana ſeu ſucco tabaci, quo ſolo phthiſicos etiam & tabidos quosdam ſe reſtituiſſe ſcribit Heurnius. oxymel. ſimp. & comp., Cratonis, oxymel ſcylliticum compoſit., ſyrupus de liquiritia comp., piloſellæ, tuſſilag., calaminthæ, betonicæ, epithymi, de polypodio. oxymel ſcylliticum ſ., hydromel ſimp. & comp. mel paſſulatum, roſatum cum ſyrupo de praſſio & aceto ſcyllitico. vel ℞. extracti ſcabioſæ, helenii,

INTERNA COMPOSITA.

nii,ireos, liquirit.à ʒj. ſacch.alb.℥iiij.
ſſolve in aq. ſcabioſæ, q.ſ. adde ſyrupi
ſſular.℥jß. aq. cinnam. ʒij. M.F. ſy-
pus de quo ad placitum vel ℞. extra-
carduiben. ſcabioſæ à ʒß. ſyrupi de
ſſopo ℥jß. de praſſio ℥ß. aq. cinnam.
ærefolii, à ℥ß. M.F. ſyrupus, vel ℞.
upi de praſſio,hyſſopo,liquirit.à℥jß.
r. ſulph. ℈j. ſucci liquirit. inſpiſſat.
ß. vel extracti ejusdem ʒß.aq.veroni-
, tuſſilag. à ℥ij. M.F. ſyrupus de quo
chlearia 2. vel 3. datur etiam utiliſſi-
: ad expurgandum pectus oxymel.℥ß
m mellis roſati ℥jß. pro una doſi. o-
nel enim penetrare facit & mel ro-
um expectorationem promovet.

Lohoh.] de praſſio, ad Aſthma, de
fara, ſcylla, de pulmone vulpis,quod
ota ſubſtantia pulmoni confortando
odeſt. ſanum & expertum,præſertim
n floribus ſulphuris mixtum.lohoh
ılium ſeu braſſicæ. de paſſulis Quer-
cetani,

cetani, de althæa Quercetani. vel ℞. lohoh de pulmone vulp., ſani & experti, de pino à ℥ij. pulver. helen., ireos, gentianæ à ʒß. C. ſyrupo violarnm & hyſſopi à q. ſ. F. lohoh. vel ℞. ſyrupi de liquirit. tuſſilaginis hyſſopi à ℥ß. ſpec. diaireos ſimpl., diamarg. frigid. à ʒj. lohoh. ſani & experti. ℥ij. M. F. lohoh.

Conſervæ.] botryos, veronicæ, capillor. Ven., helenii, hyſſopi, ſcabioſæ, pulmonariæ, pulmonariæ maculoſæ quæ præ aliis omnibus veluti miracula præſtat in pulmoniacis, ſi dextrè ac ſæpius uſurpatur. abrotani, tuſſilaginis, hederæ terreſtris majoranæ, flor. ſalviæ, roſarum rubrarum antiq. cujus ſolius quotidiano uſu Montanus quendam pro deſperato à Medicis Veronenſibus Venetias miſſum, (phthiſicum jam, & qui quotidie duas ſcutellas puris expueret) curavit. hanc a. dedit in Majori copia., ita ut ferè nihil aliud comederet æger.

er, & Pharmacopolæ Veneti illi ean-
m propter futurum defectum ven-
re nollent.

Condita.] radicis helenii, pimpi-
læ, zingiberis, tuſſilaginis cum mel-
dactylorum, piſtaciorum, pinearum,
cum juglandium, nucis moſchatæ,
licæ, corticum citri.

Electuaria & Antidota.] theria-
mithridatium, aurea Alexandrina,
fectio alchermes, & quæ parantur
ſimplicibus & compoſitis mixtis
n ſyrupis convenientibus. Vel ℞
ſerv. roſarum rubr. antiq., bortyos
. flor. pulmonariæ macul. ℥j. ſpec.
moſchi dulc., diamarg. frigid. à ʒj.
n ſyrupo praſſi q.ſ. F. Electuar. vel ℞
racti veronicæ, ſcabioſæ à q. v. add.
mon. vulp. præp. & cum ſyrupo ex
o ſcabioſæ F. Electuarium, quod in
ectorando ac confortando magna-
virium eſt.

Species & Pulveres.] diaireos
ſimpl.

ſimpl., pectus robarant. diaireos Salomon. diatragac. calidi, diapenidii, diapraſſii, dianthos, diamoſchi, diacalaminthi, dianiſi, diacymini, diahyſſopi, diathamari quod admodum efficax eſt; diamargariti frigidi, ad caput enim & pectus confortandum prę̨ſtantiſſimum habetur. Vel ℞. cinnam. electi ʒjj. pulmon. vulp. præp., rad. helen. à ʒjß. liquirit. raſæ ℈iiij. ireos albiſs. ʒj. ſerpentar. fol. hyſſopi à ʒß. fœnic. ʒjß. croci or. ℈j. ſacch. candi albi ad pondus omnium M. F. pulvis, per ſe vel in ovo ſorbili ſumendus. vel ℞. ſpec. diamarg. frigid., diatragac. frigidi, diapenidii, diaireos ſimpl. à ʒß. flor. benzoin. gr. vj. lactis ſulphuris ℈j. ſacch. candi albi ʒij. M.F. pulvis Vel ℞. radic. liquirit. raſæ, helenii campan. à ℥j. fol. hyſſopi ℥ß. carduibenedicti ʒij. pulmon. vulp. præp. ʒjß. croci ʒß. ſacchcri manus Chriſti ad dimid. ponderis, adde ol. aniſi gutt. iiij. M. F. pulvis, valdè utilis & expectorans. de quo ſingulis matutinis

is ℥ſs. accipiatur. adde ſi vis, ſtercoris
ıini albi exſiccati & cribrati ℥ij. aut
ːrmatis ceti ℈ij. valdè enim expecto-
& prodeſt tuſſi, inquit Weickardus.
ıc pertinent pulveres Chymici, ut
ula aronis & bryoniæ. flores ſulphu-
per ſe ter ſublimati, lac ſulphuris,
res benzoini, flores ſulphuris myr-
ıti ſeu cum aloë, croco & myrrha
ati. flores ſulphuris aliquoties ſub-
ıati & cum duplo ſacchari candi mi-
ıddito pulmone vulpis & ſpeciebus
ır. ſimplicis magnam efficaciam in
mone curando habent ſulphur
m rite præparatum, verum eſt pul-
num balſamum, cui ut inquit Quer-
ınus, nulla medicina hîc par eſt. pul-
amyli.

Trochiſci & Rotulæ.] becchici
ı & nigri, aliptæ moſchatæ, rotulæ
reos ſ., dianiſi, diamargariti frigi-
&c. vel ℞. ſpec. diamarg: fr:, diair:
pl. à ℥j. diatragac: fr: ℥ij. balſami
ſulph.

attenuantia, expectoraetia ac detergentia
INTERNA COMPOSITA.

ſulph: gutt: vj. ſacch. alb: in aq: tuſſilag: & roſar: diſſoluti ℥iiij. adde in fine ol: aniſi gutt: iij. F. l.a. rotulæ. Vel ℞. ſpec: diaireos ſ., diahyſſopi à ʒj. diatragac: calidi ʒß. extracti liquirit. ℈ß. ol: fænic. gutt: iiij. conſerv: flor: ſcabioſæ ʒß. ſacch. in aq. ſcabioſæ diſſol. ℥iiij. F. l.a. rotulæ.

THORACICA CALEFACIENTIA
attenuantia & expectorantia
EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] herbarum in ſimplicibus Internis enumeratarum, ex quibus pro libitu & neceſſitate electis F. decoctum, cujus vapor per infundibulum ad pulmones trahatur, mane ſemper per ſemihoram, & mirum eſt, quomodo præmiſſis præmittendis pulmoni ſuccurrat, aliquoties repetitum.

Suffumigia.] aromatum, cinnamomi, lignor. calidorum, ex nicotiana, gummi juniperi, ſtyrace calamita, ladano, thure electo ſeu olibano, myrrha, benzoë,

ızoë, moſcho & ambra, ex pulveri-
s item compoſitis catarrhalibus pa-
a.

Olea & linimenta.] oleum iri-
m, rutæ, anethi, coſtinum, chamæ-
:li, cheiri, amygdalarum amarar. &
lc., lilior., lini, item ſevum cervinū,
ıguedo gallinarum, adeps anſerinus
xime penetrat. & licet antiqua expo-
o Galeni laudibus extollat anatinum,
amen perperàm dictum, quia textus
:cus habet anſerinum. hîc enim val-
penetrat, quia eſt ſubtiliſſimarum
tium, relaxat & reſolvit, inquit
ɔntanus. ſique cum oleo chamæmeli
ſcetur, valdè conducit in phthiſicis,
tibus dolentibus ſcil. mammillis
nctum, nam facilitat ſputum & hu-
ctat. poteſt & ad reſolvendum ol.
thinum addi. Mucilago ſeminis lini,
ugræci, althææ cum croco conve-
ıti aqua extracta valdè etiam pro-
:. item linimentum ex terebinthina,
oleo

oleo iridis, butyro rec., medulla cervi, adipe tauri, œſypo, æqualiter mixtis. Vel ℞. mucilag. ſem. lini, fænugræci, cydonior. cum aqua ſcabioſæ vel tuſſilag. extractæ à ʒvj. pulv. rad. ireos, hyſſopi, à ʒß. croci ℈j. ol. lilior. albor., amygdal. dulc., amarar. à ℥jß. cum cera F. linimentum.

Unguenta.] unguentum dialthææ, pectorale Auguſtanorum, pectorale Nævii, reſumptivum Fernelii.

Emplaſtra.] ceroneum, filii Zachariæ, meliloti.

THORACICA FRIGEFACIENTIA & humectantia

Interna Simplicia.

FOlia.] portulacæ, nulla enim magis appropriata medicina eſt in pectore, quàm portulaca, ipſa namque in cibis ac potu ſeu quoquo modo uſurpata convenientiſſima eſt inquit Montagnana. tuſſilaginis ſeu farfaræ, malvæ, althææ,

EXTERNA SIMPLICIA.

æ, endiviæ veræ ſeu intybi majoris, iolæ, cichorii, nymphææ, capillor. ieris, polytrichi, beta & braſſica n butyro cocta & pro cibis uſurpata. enis ſeu epaticæ, pulmonariæ maſæ.

Flores.] pulmonariæ maculoſæ, arum purp., malvæ, nymphææ, buſæ, cichorii, farfaræ, papaveris rheacyani, roſarum, rubrarum & alba.

ructus.] paſſulæ minores & majopruna Vngarica & Hiſpanica, pyra, nia, mora, acatia, caricæ pingues, æ, ſebeſten, dactyli, ſiliquæ, pineæ ntes, piſtacii, avellanæ Longobardi Italicæ, amygdalæ dulces, tribuli tici, cynosbati exſiccati.

emina.] quatuor frigidor. major. norum, papaveris, hordei cremor enæ. malvæ, althææ, pſyllii, cydom, in ſeminibus enim cydonior. ucilago quædam valdè appropria-

ta pe-

ta pectori, quæ facit ad removendum acumen & eroſionem catarrhi. bombacis, carduimariæ.

Ligna.] ſantalum rubrum, citrinum, album.

Radices.] althææ, ſcariolæ, endiviæ, ireos, glyzyrrhizæ, polypodii, arnogloſſæ, bugloſſæ.

Gummi.] Tragacanthum, Arabicum.

Lapides pretioſi.] uniones ſeu margaritæ, mater perlarum, fragmenta quinque lapidum pretioſorum. hic obſerva quæ dicuntur in Cordi Nocivis.

Ab animalibus.] Ova tremula cum ſaccharo candi, modico cinnamomi & pauco croco, addito ſpiritu roſarũ ſæpius cænę loco aſſumpta. Butyrum recens, cancri fluviatiles, ranarum fluviatilium coxæ, pulmo vulpis, vituli ejusdemque cor. ſerum lactis, uſus frequens lactis, niſi obſtet deſtillatio à capite & ventriculi nimia imbecillitas.

lac

& humectantia

INTERNA SIMPLICIA.

caprinum, humanũ præ aliis omni-
;excellit, quod teſtantur Obſerva-
nes plurimorum. Lac vaccinum &
llum largiſſime quidem alunt, ut
e craſſarum & terrearum ſunt par-
n (ita lac ovillum cum bolo arme-
facit conſolidationem maximam);
mptiſſimè auté & facilimè omnium
riunt primò lac humanum, ſecun-
ſininum, & tertiò caprinum, quod
Galeno inter aſininum & vaccinum
nedium.

ORACICA FRIGEFACIENTIA
& humectantia
INTERNA COMPOSITA.

Quæ deſtillatæ.] caponis ſ. &
compoſita, vituli pulmonis & cor-
Antiphthiſica, pulmonariæ utrius-
carduimariæ, malvæ, glyzyrrhizæ,
arum, nymphææ per B., farfaræ, pa-
ris erratici, hederæ terreſtris cui
a pars aquæ protulacæ admixta eſt
etur pro ſingulari experimento ad
phthi-

phthiſin curandam, ſi hâc æger loco potus quotidiani utatur. aqua à floribus raporum deſtillata & cum croco mixta: aqua ſtillatitia hordei cum cancris plurimum etiam valet in hecticis. capillor. Veneris, bugloſſæ, ex floribus pulmonariæ maculoſæ per B., in qua magna eſt efficacia.

Olea deſtillata.] violarum purpurearum, quod non tàm propter precium, quàm eximiam vim & efficaciam reverâ pretioſum dicitur. amygdalarum dulcium cum ſaccharo roſato tabulato aut penidii ſumptum.

Emulſiones.] ex ſeminibus quatuor frigidor. majorum, papaveris albi, portulacæ, amygdalis dulc., pineis &c. paratæ cum aquis convenientibus, quibus margaritæ aut alia convenientia præparata adiici poſſunt.

Decocta.] pectorale Auguſtanorum, florum & fructuum, caponis, juſcula item facta ex cancris fluviatilibus & con-

Digitized by Google

INTERNA COMPOSITA.

onvenienter præparata. decoctum
indum raporum paſſorum ſeu ex-
atorum, adjecto pauco croco & ſac-
ro candi. Decoctum ligni ſantalo-
ı rubrorum vel ligni rhodii. maxi-
radicis, plurimum hîc prodeſt. ſu-
ıdum a. eſt per plures dies cum vi-
tenui ad frigidum vergen.e, præci-
ex hordeatis, & emulſione ſemin.
igid. majorum; Hujus decocti uſu,
ıit Prevotius *in Evporiſtis*, corpora
la tabi obnoxia ab hoc malo præ-
ari poſſunt, etiam à ſputo ſangui-
imminente. decoctio talis eſſe po-
: ℞. ſantalor. rubr. vel ligni rhodii
ut. incis. ℥j. rad. cichorii, hordei à
q. fontanæ chalybeatæ ℔ij. F. infu
er hor. 15. Coq. ad medietat. Cola-
d. pro 2. doſibus, poteſt dulcorari
po convenienti. Præſtantiſſimum
n medicamentum eſt decoctum
ıli citrini, inquit Fonſeca *in Conſul-
nibus ſuis Medicis*, nam mirabiliter
præca-

præcavet eroſionem pulmonis, antequam fiat, & poſtquàm facta eſt, quantum fieri poteſt, corrigit. ſolet n. præcavere fluxiones ad pulmones.

Succi liquidi & inſpiſſati.] cremor ptiſanæ hord. & tritic. ſuccus portulacæ, pulmonariæ macul., burſæ pastoris, glyzyrrhizæ cum amylo, caſſia extracta, ſaccharum penidii, candi, ſaccharum roſatum tabulatum. hîc enim benè notandum, quando pectus humectare & lenire animus eſt, non utendum eſſe melle, ſed ſaccharo; quia ſaccharum minus calidum eſt ac ſiccum quàm mel, nec ſtomacho infeſtum.

Syrupi.] violar. purp. ex ſucco, & per multiplicem infuſionem expreſſus, roſarum, de jujubis, nymphææ, cucurbitæ, papaveris rheados, papav. albi ſ. & comp., borraginis, bugloſæ, portulacæ, de pomis, mororum, liquiritiæ, polypodii, dialthææ Fernelii.

Lohoh.] de pſyllio, paſſularum, cau-

INTERNA COMPOSITA.

ılium ſeu braſſicæ, de portulaca, de
hæa, pino, papavere, pulmone vul-
ı.

Electuaria & Opiata.] reſumpti-
m, theriaca recens, diaolibanum, dia-
lium Auguſtanorum catarrhos te-
es ſiſtit, diacodium Montani, lauda-
n opiatum dextrê adhibitum, tho-
e nempè à pituïta craſſa ac lenta non
rsùs infarcto ſed libero, Tryphera
gna, Philonium Romanum, hic a.
erva quæ in Nocivis Thoraci dicun-
de opiatis. Electuaria compoſita
gis, poſſunt parari ex conſervis, con-
s & ſpeciebus convenientibus: ℞.
nſerv. violar. purp., flor. pulmona-
ſcabioſæ à ℥ß. ſpec. diamarg. frigid.
diatrag. frigidi, pulv. Halii à ʒß.
ı ſyrupo ex ſucco violarum, q. ſ. F.
tuarium.

Conſervæ.] roſarum, violarum p.
bolo armeno & pulvere Halii. flo-
pulmonariæ maculoſæ, radic.

INTERNA COMPOSITA.

lactucæ Hiſpanicæ, tuſſilaginis, bugloſſæ, flor. ſcabioſæ, tunicis.

Species ac pulveres.] ex ſimplicibus, amylum, pulvis Halii, Halii Rondeletii correctus, diatragacanthi fr., diamargariti frig., diaireos ſimplicis. diapenidii.

Rotulæ ac Trochiſci.] diatragacanthi frigidi, diamarg. fr. diapenidii, ſaccharum roſatum tabulatum, violatum, ſacchar. manus Chriſti ſ. & cum perlis. trochiſci de carabe, pilulæ ſeu trochiſci de cynogloſſa. diacodium ſolidum.

Morſuli.] ex pineis, piſtaciis, amygdal. dulcibus, carne perdicum, caponum, Panis Martius nutriens. confortans expectorans. Vel ℞. amygd. dulc. exc. ℥ij. nucum pinear. piſtac. à ℥j. ſem. papav. alb. contus. ʒiij., 4. frigid. major. exc. à ʒj. ſpec. diamarg. fr. ℈ iiij. vel ejus loco marg. præp. ℈iiij. cinnamomi opt. ʒj. ſacch. alb. in aq. roſar. ſoluti q. ſ. F. Morſuli.

THO-

HORACICA FRIGEFACIENTIA
& humectantia

:TERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

;Olia.] portulacæ, malvæ, althææ ſeu biſmalvæ, nymphææ, lactucæ, diviæ, farfaræ, braſſicæ.

Ab animalibus.] butyrum Maja- :ec. non ſalitum, adeps porci maſcu- gallinæ, humanus, anſeris magis hu- :ctat, vide in Calefacientibus exter- is.

Mulcilagines.] ſeminis pſylli & loniorum, fænugræci, lini, althææ.

Olea & Linimenta.] violarum, ygdalar. dulcium, lilior. alborum.) externa enim refrigeratione, quam mediocrem ferunt partes ſpirita- ſufficiunt illitiones ex oleo vel un- :nto violaceo paratæ, inquit Prevo- s in Euporiſtis. Convenit unguentũ umptivum Fernelii, dialthææ, vel ℞. amygdalar. dulc. lilior. albor. cha- :m., ung. dialthææ à ℥iiij. pingued. linæ, butyri rec. non ſaliti à ℥jß. ceræ

 parum

parum F.linimentum. vel ℞. ol.violar., amygd. dulcium, à ℥ij. mucilag. ſem. pſylli cum aq. roſar. extr. ℥ß. ceræ parum F. linimentum.

Imprimis a. hic conducit diæta humectans & nutriens, balneum item aquæ dulcis tepidum, aut cum floribus chamæmeli, foliis althææ & malvæ paratum.

Errant autem vehementer, qui hecticis pro humectatione præſcribunt balneum ex cucurbitæ ac citrulli ſeminibus aut ſuccis ex elixis caſtratorum capitibus & vitulorum pedibus, aliisq; juſculentis; quia hæc emplaſtica vi cutim ſtipant, atque ſic pro humectatione inducunt calorem majorem, inquit Iulius Cæſar Claudinus *libro de ingreſſu ad Infirmos.*

THORACI NOCIVA.

FOlia.] hyoſcyami, cicutæ, mandragoræ. Hyſſopus & praſſium ſeu marrubium

Digitized by Google

ıbium album (nigrum n. quia fæti-
ım eſt intrò nunquam ſumendum)
ectoralia quidem ſunt appropriata,
quit Sennertus, ſed in ſputo ſangui-
s valdè noxia. rorella majori doſi aſ-
mpta, quia cum ſit calida & ſicca in
ıarto gradu, facilè nocere poteſt.

Fructus.]acacia, uvæ paſſæ & omnia
ılcia, quia non ſolum ventriculi to-
ım laxant, ejusque calorem obtun-
nt cruditates excitant, atq; ita mate-
m pituitoſam magis adaugent, ſed &
ecipue urinæ excretionem impe-
ınt ac faciunt quo minus materia à
ctore per urinam expurgari poſſit.
ına propter eandem fere rationem
cent & quia ad huc magis refrige-
t ac laxant. undè errant qui Phthiſi-
prunorum & paſſularum frequen-
ı uſum in cibis commendant. Ficus
læ præſente ſanguinis ſputo nocent,
nimiam n. abſtergendi facultatem
guinis ſputum magis promovent.
tereà earum continuus uſus ſudo-
(phthiſici autem aliàs ad ſudorem

Digitized by Google

proclives ſunt, qui magis inhibendus quàm promovendus eſt) generat abominabilem & corporis fæditatem. undè rectè Galenus dixit, ficus diutiùs in corpore immorantes, mali eſſe ſucci & pediculorum copiam producere. Nocent & fructus omnes immaturi, ob adſtrictionem. Nuces juglandes.

Semina.] urticæ; licet enim quidam hoc ad Venerem excitandam utantur, & in aſthmate ex lenta pituita, tamen ſumme nocet pulmonibus & cordi, inducit hecticam & lente interficit, quod obſervavit Schyronius. 4. frigida majora rancida & vermiculis exeſa.

Aromata.] cinnamomi uſus, præſertim immodicus, expectorationem impedit. piper & piperata omnia ob vim erodendi. omnia valde aromatiſata & calida nimis.

Radices.] quinque aperientes (præſertim petroſelini) nunquam in thoracicis affectibus præſcribendæ ſunt, inquit Schyronius, fluxiones enim irritant; excepta radice fæniculi, quæ expurgat & extenuat.

Mine-

Digitized by Google

Mineralia.] Auripigmentum ſeu ſenicum citrinum; Sandaracha ſeu arnicum rubrum; Riſagalum ſeu arſeicum album. Vndè turpiter errant, qui ocum affinitate decepti Sandaracem rabum, hoc eſt, gummi juniperi ſeu ernicem, Sandaracham Græcorum ſeu iner[illegible]em eſſe putant, & ſic pro ſuffuigiis in pectoris affectibus arſenicum hibent. Multum enim differunt Sanrax Arabum ſeu vernix, & Sandaraa Græcorum quæ exitiale venenum :. Prætereà & hoc notandum de arſeco, inquit Sennertus, quod multi rem Chymicarum & metallicarũ ignaſæpè ubi ſublimatum in genere legir, & mercurius ſublimatus intellindus eſt, ipſi arſenicum ſubſtituant alè, aliud enim eſt ſublimatum, per od arſenicum intelligitur; & aliud, blimatum, per quod mercurius ſubnatus innuitur. Nocet & Vitriolum, ia adſtringit & rodit. Fumus ſulphuvivi, vapores mercurii; unde vide is aurifabros plerumq; fieri phthiſis.

 Ab

Ab animalibus.] cancri fluviatiles pro cibo uſurpati nocent phthiſicis debilem ventriculi calorem aliàs habentibus; difficiliùs enim concoquuntur, cruditates multas & putredines excitant, quod & indicant ſequentes matutinæ eructationes ex ventriculo putredinoſæ. Lactis uſus indifferenter hecticis & phthiſicis præſcriptus nocet; lac enim aſſumptum corrumpitur & in bilem vertitur, undè magis ſerpit ulcus, ſequitur & diarrhæa lethalis. de vero a. lactis uſu lege Iulium Cæſarem Claudinum, *libro de ingreſſu ad Infirmos*. Non etiam omnibus utilis eſt uſus ſeri lactis, inquit Brunnerus in Conſiliis, quia ſerum aquoſis ac nitroſis partibus ventriculum frigidum unâ cum inteſtinis offendit ac inflat; tùm quia alvi fluxū læsâ facultate alteratrice & retentrice concitare poteſt. Lepus marinus, ſic dictus quod in mari naſcatur, & terreſtris referat effigiem, pulmonibus ac gravidis inimiciſſimus eſt & totius ſubſtantiæ ratione pulmones exulcerat. Anhelitus

canis

anis & felis phthiſin inducunt. unde
efert Matthiolus, multos, qui cum fe-
bus delectarentur, inſpirato inde diu-
ùs unà cum aëre eorum ſpiritu in ta-
em vitiato pulmone incidiſſe. Con-
erſatio etiam cum hominibus phthiſi
borantibus, maxime nocet; tabifico
nim halitu & exſpiratione virulenta
cilime alios inficiunt, ſolo etiã collo-
uio, quod vel centies obſervatum eſt.
Fumus ignis, pulveris; hinc enim
ves tabidæ. fumus ſeminis alkekengi,
ırcoticorum, & eorum quæ dentium
rmes enecant.
Sperma ceti vetus, & nimius ejus
us.
Sperniola Crolii, quia ſua frigiditate
agulat, & expectorationem impedit.
Admodum frigida actu & poteſtate,
ctori inimica ſunt, tàm intùs quàm
tra admota, præſertim quæ ſimul ad-
ingunt. ubi ergò aliquâ refrigeratio-
opus eſt, non adhibeantur frigida
ſtringentia ſed humectantia.
Narcotica & Opiata. unde Monta-
E 5 nus

nus rectè dixit à Philonio & ſtupefactivis tanquam à peſte cavendum eſſe in pectoris affectibus. Et Galenus multis in locis oſtendit, quantũ ipſe abſtineat ab opiatis. Ad ſiſtendum & inhibendum fluxũ catarrhi ad pulmones poteſt quidem laudanum opiatum vel pilula una de cynogloſſa adhiberi, ſed quando jam influxit ſum̃e nocet, quia valde incraſſatur & ne expectoretur, præpeditur.

Exſiccantia nimis & vehementer calefacientia, cum id quod tenue eſt conſumant, craſſumque relinquant, in aſthmate & ubi pulmones multo phlegmate ac pure referti ſunt, non conveniunt. valde item incidentia in principio, quia circa principia non eſt fortibus utendũ, Regula eſt Practica. Nimis reſolventia & expectorantia. unde tàm de internis, quàm externis expectorantibus notandum, ne plùs reſolvatur quàm poſſit eiici, quia plurimi mortui, qui materia agitata, cùm à virtute eiici non poſſet, ſubitò ſuffocarentur, quod annotare voluit Montanus *in Conſiliis*.

Adſtringentia interna & externa. a-

cida,

da, item acria, ſalſa ſeu ſalita nimis, ex-
perantia, rancida, frixa omnia.

Pinguia propter multas cauſas no-
ent, & quia magis ſordidum reddunt
cus. undè quomodo pinguedo canis,
ominis &c. exhibita phthiſicis prodeſ-
poſſint non video. Oleum nucum
ide nocet pulmonibus.

Rhabarbarũ & myrobalani in mor-
s pectoris, ut pleuritide, peripneumo-
a, vitanda ſunt, ob ſiccitatem & adſtri-
ionem. pectus enim lenientibus gau-
et inquit Eugalenus. idẽ de aloë etiam
t affirmandum, quia valde exſiccat &
ılmonibus infeſta eſt. Quod & Schy-
nius pręcipit, dùm in febribus, ac ubi
ſtructiones venarum magnæ adſunt.
abarbarum omnino vitandum eſſe,
onet. Vnde notare deberent Αὐτοδι-
κτοι per mortes aliorum Experimenta
cientes, quod dicit Ferdinandus *in Ob-
rvationibus*: qui in febribus ardentibus
malignis exhibent rhabarbarum, in-
rficiunt languentes abſque dubio, &
ntrà Artis præcepta, & Hippocratis
ctrinam ac Experientiam medentur.
Purga-

Purgationes omnes validæ, item helleborata, ſcammoneata, aliaque vehementer purgantia omninò hîc vitanda ſunt. contingit enim virtutem multum inde debilitari; plurimiq; hinc periere. ventriculi enim calor aliâs debilis magis deſtruitur & diarrhæa plerumq; læthalis ſubſequitur. præterea purgatione ſputa inhibentur, quæ deberent potiùs promoveri. (*reliqua nocumenta Purgantium quæ in ægritudinibus thoracis & alibi eveniunt, reſervo ad Appendicem meã, ubi eâdem hâc methodo, omnium membrorum ſpecifica Purgantia tàm ſimplicia quàm cõpoſita Galenico-Chymica annotavi, cum Obſervationibus eorundem, quæ noxia ſunt ac deleteria; quam ſi hunc meum laborem Tibi placuiſſe intellexero, proximè typis deſcribendam dabo.*) Niſi ergò hîc ratione capitis, purgatio inſtituatur, ut materia fluens abſumatur, inutilis eſt, quia per alvum materia in thorace contenta expurgari non poteſt, cùm nulla adſit vaſorum communiò. Rectiùs verò materiebus pectoris educendis exhibentur diure-

uretica ſecundum Conſilia Montani, ...ia materia à venis deſcendit; & eſt ...agnus conſenſus inter venas & pe...us. itaque major etiam ad urinam ...uam alvum animi intentio habenda.

Vomitoria in phthiſi; ulcus enim ...agis ſerpit, vel rumpitur, unde repen...na mors & ſuffocatio.

Sternutatoria etiam in phthiſi ſeu ...lcere pulmonum maximè vitanda ſunt ...b eandem ferè rationem.

Venæſectio pulmoniacis valdè noxia ...t, præſertim frigida redundante ma...riâ. niſi ergò propter plethoram pul...ionibus libertas movendi adimatur, ...dmitti non debet; cùm ſpiritus ac ca...dum nativum exhauriat, & humidum ...dicale pulmonum abſumat.

Veneris exercitium pulmoniacis o...mninò vitandum eſt. nocet enim mem...ris vitalibus vehementer, debilitat ...ervos ac caput, unde catarrhi.

Ira & terror ſecundum Hippocra...em maximè nocent, animique παθή...ματα.

Errant

Errant autem hîc Medici, qui pulmoniacis, prægnantibus item & puerulis ſine cautione ſyrupum violarũ purpurearum præſcribunt. Nam plerunq; qui deberet eſſe & proſtare ex ſucco violarum, paratur per infuſionem florum violarum cum radice IridisFlorentinæ; qua quidem ipſi conciliatur ſapor violarum optimus, ſed cum ęgri detrimento aſſumitur, cùm vim habeat valde laxandi, menſesque movendi. unde ſæpiſſimè Patiens ex frequenti hujus ſyrupi uſu ad diarrhæam læthalem manu quaſi ducitur, præſertim phthiſici, qui aliàs ad alvi fluxum diſpoſiti, & puerili ſtertore & alvi profluvio laborantes. *Deberet ergò potiùs ſyrupus violarum ſolutivus recipere radicem iridis, ut ita eſſet efficacior, quando laxandi indicatio adeſt.* Idem ferè phthiſicis evenire ſolet ex uſu ſpecierum diaireos ſimplicis, quibus tamen tragacantha, gummi Arabicum & amylum adjecta ſunt.

CAR-

ARDIACA CALEFACIENTIA & Alexipharmaca.

INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] meliſſæ, meliſſæ odore citri, ocimi, ſalviæ, ſcordii, tormentillæ, ſaturejæ, fœniculi, roriſmarini, carduibenedicti, veronicæ, calaminthæ, pulegii, ſpicæ Celticæ & Indicæ, ſcabioſæ, cardiacæ, hederæ terreſtris, caryophyllatæ, ſiſymbrii domeſtici ſeu balſamitæ, ſiſymbrii ſylveſtris ſeu menthæ aquaticæ, rutæ, rutæ caprariæ, verbenæ, abſynthii, pentaphylli, bugloſſæ, ſcabioſæ.

Flores.] anthos, tunicis, lavendulæ, l. convall., calendulæ, ſcabioſæ, centaurii minoris, meliſſæ, ſpicæ; tormentillæ, qui humoribus malignis & febribus peſtilentibus, in quibus exanthemata apparent, maximè adverſantur; hyperici, ſalviæ, borraginis, buglоſſæ.

Fructus.] grana juniperi, lauri, tinctorum ſeu chermes, mala citria, aurantia, granata, nuces juglandes, caricæ.

Semina.] citri, aurantiorum, carduibe-

duibenedicti, rutæ, majoranæ, ocimi, amomi veri, angelicæ, aniſi, hyperici, leviſtici, napi.

Aromata.] nux moſchata, nux Indica non condita ſeu pulpa ejusdem, maces, cinnamomum, caſſia lignea, cardamomum, cubebæ, crocus; caryophylli, qui & in tremore cordis curando valde proſunt, ut annotavit Valleriola *in Obſervationibus*, calamus aromaticus, zedoaria, piper longum.

Ligna.] xyloaloës, quod non ſolum cordis ſpecificum corroborans eſt, ſed & ad ventriculi & capitis affectus præſtantisſimum. hujus, inquit Montagnana, pulvis ad ℈ij. cum ℥ij. aquæ auriculæ muris exhibitus, virtutem cerebri reſolutam melancholicis impresſionibus miro juvamento reſtaurat, & ad veram ſanitatem perducit. lignum rhodii, ſantalum citrinum. Et Cortices radicum buglosſæ, citri, aurantiorum.

Radi-

& Alexipharmaca.

INTER A SIMPLICIA.

Radices.] ſcordii, venenis reſiſtit, exſiccat maximè, abſtergit & aperit ſine calefactione aliquâ inſigni, inquit Montanus, helenii, doronici, valerianæ, angelicæ, cyperi longi & rotundi, biſtortæ, morſus diaboli, galangæ, gentianæ, olsnicii, oſtrutii ſeu imperatoriæ, vincetoxici, rhapontici veri, allii, dictamni Cretici & albi, pimpinellæ, ſcorzoneræ, caryophyllatæ, tormentillæ, been albi & rubei, petaſitidis, eryngii, pentaphylli, contrayervæ.

Gummi.] myrrha, camphora, benzoë, maſtiche, thus, ſtyrax.

Marina.] ſuccinum ſeu carabe; ambra, unde Crato *in Conſiliis* inquit: certiſſimo experimento didici infundere ſuper ambram optimum vinum malaticum deſtillatum in vitrum, & diligenter obturare, ac manè aliquott guttas cum pane ſumere, eſſe excellentiſſimum remedium in peſte.

Terræ & lapides pretioſi.] bolus Arme-

INTERNA SIMPLICIA.

Armenus, terra ſigillata Turcica, Strigenſis, margaritæ, coralli rubri, fragmenta quinque lapidum pretioſiorum. Et aurum foliatum. aurum enim in Medicina revera mirabilis efficaciæ eſt.

Ab animalibus.] lapis bezoär Or. & Occidentalis. lapis item qui in corde cervi reperitur, quiddam cum lapide bezoär commune habet, inquit Scholzius *in Epiſtolis*. Vnicornu foſsile, verum, quod tamen plerumque nihil aliud eſt, quàm dens elephanti, ſeu ebur. itaque vitam & ſumptus, *ut rectè monet Sennertus*, hoc medicamento in periculum adducere, conſultum non eſt, cum alia probata remedia adſint; plus ergò proſunt primæ cuſpides in cornubus Cervinis, quam incertum unicornu. Oſſa de corde cervi. item cor cervi, bovis, porci, turturis, corda avium, moſchus, mumia vera, ſericum crudum, cujus virtus cùm ſit maximè anceps, à Renodæo improbatur. C. C. philoſophicè cum aq. ſcordii præparatum.

CARDI-

Digitized by Google

ARDIACA CALEFACIENTIA & Alexipharmaca.

IXTERNA COMPOSITA.

Piritus.] baccarum ſambuci, juniperi, roſarum, ceraſorum, meliſſæ, ſtura ſimplex & aqua theriacalis, elicitri cum ſpiritu vini malvatici.

Aquæ deſtillatæ.] carduibened., :iſmarini, meliſſæ, florum citri, zeäriæ, ſcabioſæ, cinnamomi cum floous cordialibus, virtutum; flor. caıdulæ, lil. convallium, flor. aurantiom, ſcordii, verbenæ, Carbunculi, Anebrilis Sennerti, bezoârdica eiusm, elixir. cordiale in Inſtit., elixir tæ Matthioli, aqua Anhaltina, theıcalis compoſita, cordialis Herc. Saoniæ, aqua vitæ peſtilentialis Maximiıni, ſcorzoneræ compoſita, tophoım, Hirſchkolbenwaſſer; cordis cervi :l vituli compo. Hertzwaſſer / bezoârıca Mundereri, florum tunicis comoſita Stapediana, borraginis, bugloſſæ er B.

Olea

& Alexipharmaca.

INTERNA COMPOSITA.

Olea deſtillata.] cinnamomi, citri, macis, meliſſæ, ſuccini, juniperi, croci, ſerpilli, caryophyllorum, anthos, zedoariæ, angelicæ, carduibenedicti, aniſi. rutæ, nucis moſch. per expresſionem, oleum corallorum, perlarum, ſeu liquor.

Tincturæ.] ſuccini, corallorum Boëtii, elixir proprietatis, peſtilentiale Crollii, ligni ſaſſafras, balſamus ſulphuris Quervetani & Crollii.

Extracta.] angelicæ, helenii, carduibenedicti, corticum citri, ligni aloes, tormentillæ, juniperi, meliſſæ, vincetoxici, zedoäriæ, croci.

Eſſentiæ.] magiſterium cinnamomi, ambra eſſentificata, eſſentia citri, margaritarum, verbenę in qua arcanum non cuivis obvium.

Decocta.] chelidonii majoris, ſaſſafras & ſarſæparillæ cum corticibus citri, tormentillæ, hyperici, &

ex

ex convenientibus. Vel ℞. rhapontici veri ℈ij. ebull. in vini ℥ijß. & exhibeatur pro doſi ad cordis confortationem.

Vina medicata & cereviſiæ.] ıbſynthii, helenii, carduibenedicti, ╷eronicæ, ſalviæ, roſmarini, ſcorlii.

Succi.] citri cum corticibus, granaorum. Vinum Rhenanum, malvacum, Necarinum cum panis albi mi-ı, addito pulvere bezoardico & con-›rtante. liquor gemmarum, Opobalmum, quod calidum nativum auget, embraque præcipuè roborat atque tiſſime totum cotpus penetrat, ſuitur cum aqua flor. citri vel vino alvatico. Gelatina cornu cervi m aceto carduibenedicti & ſcordii rata.

Syrupi.] de corticibus citri ſine & n A & M., ſcordii, carduiben., bioſæ, meliſſæ, aurantiorum, tunicis,

cis, cinnamomi, de corallis Querceta-ni, granatorum, helenii. veronicæ, borraginis, bugloſſæ, galegæ.

Conſervæ.] anthos, meliſſæ, florum citri, aurantiorum, tunicis, lavendulæ, lil. convallium, carduibenedicti, tormentillæ, flor. calendulæ, roſar. rubrarum, tiliæ, borraginis, bugloſſæ.

Condita.] corticum citri, aurantiorum, radic. helenii, Zingiberis Indici, nucum jugland., nucis Indicæ, radicum ſcorzoneræ. pyra moſchatellina condita.

Electuaria & Antidota.] theriaca, mithridatium, Electuarium de croco ſeu ovo, aliud Hollerii; lætificans Rhaſis, Galeni, confectio alchermes, ſmaragdina, hyacinthina, antidotus Matthioli, Electuarium Herculis Saxoniæ, Langii, nucum, zedoariæ, diaſcordii Fracaſtorii cum ſale ſcordii & ſyrupo acetoſit. citri exhibitum valdè prodeſt. Electuarium camphoratum

Kegle-

Digitized by Google

leri, Elect. contrà peſtem Ferdinan-
nperatoris, Fernelii.

Species ac pulveres.] diamarga-
calidi & frigidi, diacinnamomi,
dialium temperatarum, diamoſchi,
nbræ, de gemmis calidi & frigidi,
tyloäloës, diantos, liberantis, pul-
rubeus pannonicus uterque, ru-
s Cæſaris, Cæſaris griſeus, pulvis
onicus, alexipharmacus Montagna-
probatiſſimus, cordialis Boëtii,
oärdicus Sennerti major & minor:
lap. bezoär. or. gr. 12. oſſis de cor-
cervi ℈j. ſmaragd. præp., hyacinthi
p. a gr. 7. M. F. pulvis pro 2. do-
is. bezoärdicus minor Mündereri:
ſmaragdi præp., lap. bezoar. à gr. vij.
cinthi præp. gr. iij. M. F. pulvis.
vis camphoratus antifebrilis cele-
tiſſimus: ℞. ſacch. candi ℥iij. zin-
albi ℥ij. camphoræ ℥j. M. F. pul-
doſis ʒj. cum aqua convenienti vel
to vini.

Rotu-

Digitized by Google

Rotulæ ac Morſuli.] ℞. pulv. bezoard. Senn., ſpec. de gemmis frig. à ʒß. diair. ſimpl. ℈j. ol. cinnam. gutt. iiij. croci gr. iij. ſacch. albi in aq. roſar. diſſol. ℥ij. F. rotulæ. Morſuli ex citriis malis compoſiti: ℞. carnis citri conditæ, cortic. citri condit., flor. citri condit. à ℥jß. cortic. citri rec. minut. incis ʒvij. ol. citri gutt. vj. marg. præp. ʒij. ſacch. alb. in ſucco citri puriſs. & aqua citri à q. ſ. diſſoluti ℥12. adde ſpiritus roſar. ʒjß. M. F. l. a. Morſuli. Trochiſci galliæ moſchatæ, aliptæ moſchatæ.

CARDIACA CALEFACIENTIA
& Alexipharmaca
EXTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] rutæ, verbenæ, meliſſæ, calaminthæ, ſalviæ, ſpicæ, galegæ ſeu rutæ caprariæ, ſcordii.

Flores.] calendulæ, lavendulæ, roſarum rubr., anthos. liliorũ convallium.

Aro-

Digitized by Google

& Alexipharmaca

Externa Simplicia.

Aromata.] caryophylli, nux mo- hata, crocus, unde monet Montagna- ; Medicus, ſi vult ordinare Epithe- a cordi, caveat omittere, ne in eo po- atur modicum croci, aut vini odori- ri vel malvatici. Practicantes tamen agis croco quam vino utuntur. Cin- amomum. Et baccæ juniperi.

Ligna.] ſantalum citrinum, xylo- loës. Et Cortices citri ac aurantio- um.

Gummi.] ſtyrax calamita, benzoë, adanum, olibanum, maſtiche. Et ſuc- cinum ac Ambra.

Ab animalibus.] moſchus, zibe- thum.

CARDIACA CALEFACIENTIA

& Alexiqharmaca

Externa Composita.

AQuæ deſtillatæ.] cinnamomi, meliſſæ, anthos, flor. citri, auran- tiorum, verbenæ, ſcordii, Carbunculi,

Digitized by Google

virtutum, zedoâriæ cum vino deſtillata, lil. convallium, lavendulæ, pulegii, carduibenedicti.

Succi.] vinum odoriferum, malvaticum, acetum bezoârdicum, roſarum, ſcordii, flor. tunicis, calendulæ, rutæ, ſambuci, lil. convall., rubi Idæi, anthos, lavendulæ.

Epithemata.] ex aq. roſar. &, cinnamomi, meliſſæ, lavend., carbunculi, carduibenedicti c. vino, vel meliſſa viridis contrita, & aq. roſar. ac vino malvatico aſperſa tepidè cordi applicetur. Vel: ℞. aq. flor. aurant. meliſſæ, anthos à ℥ij. carbunculi, virtutum à ℥j. ſpirit. roſar. ʒj. confect. alcherm. ʒß. pulver. cortic. citri exter. ℈ij. croci ℈ß. M.F. Epithema ad cordis & pulſuum regionem. ſemper autem ad majorem penetrationem addi debet, inquit Prevotius *in Evporiſtis*, ſuccus citri, aut acetum roſarum, vel camphora. Adduntur etiam Epithematibus ſpecies Aug. pro Epith. cordis.

Olea.

& Alexipharmaca.

EXTERNA COMPOSITA.

Olea deſtillata.] cinnamomi, ligni rhodii, rutæ, ſuccini, meliſſæ, macis, nucis moſch., caryophyllorum, juniperi, angelicæ, chamæm. Romani, menthæ, citri, ſalviæ, anthos. Et ex his parata balſama, Apoplecticum Crollii, poma Ambræ. Vel ℞. oleum citri, caryophyllorum, cinnamomi à ℈ ß. ambræ, moſchi à gr. vj. extract. croci gr. vij. confect. alcherm. ʒß. ol. nuc. moſchatæ per expreſſ. q. ſ. F. balſamum cordiale ad ſpiritus reficiendos expertum.

Suffumigia.] ex convenientibus pulveribus inſtituta, ſpiritus vitales & animales valde recreare poſſunt.

Fomenta & Sacculi.] è meliſſa, flor. lavendulæ, chamæm. Roman., roriſmarini, majoranæ, caryophyllis, mace, &c. valde etiam prodeſt theriaca pro fomento applicata.

Linimenta.] ex oleo hypericonis,

chamæm., amygdalar. amararum, ſcorpionum Matthioli.

CARDIACA FRIGEFACIENTIA & Alexipharmaca.

INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] acetoſæ, acetoſellæ, borraginis, bugloſſæ, quam Montagnana in tremore cordis utiliſſimam eſſe dicit; endiviæ, nymphææ, taraxaci, ſcariolæ, pentaphylli.

Flores.] bugloſſæ, borraginis, tunicis, roſarum, violarum, cichorii, ſcabioſæ, nymphææ.

Eructus.] rubi Idæi, ribes, berberes, mala citria, aurantia, granata, poma odorata, acidiuſcula, pyra, cydonia, ceraſa, pruna, acidiuſcula, prunella, caricæ, amygdalæ dulces, pineæ, piſtacii, cynosbati exſiccati, paſſulæ.

Semina.] quatuor frigid. majorum & minorum, acetoſæ, coriandri præpar. pſyllii.

Ligna.

& Alexipharmaca
INTERNA SIMPLICIA.

Ligna.] ſantalum citrinum, album & rubrum.

Radices.] ſcorzoneræ, bugloſſæ, præſertim v. ipſius radicis cortices, taraxaci, cichorii, acetoſæ.

Terræ & lapides pretioſi.] bolus Armenus verus, terra ſigillata Turcica & Strigenſis. margarithæ, concha margaritifera ſelecta. coralli albi ac rubri, fragmenta quinq; lapidum pretioſorum. aurum foliatum. Et camphora.

Ab animalibus.] C. C. cum & ſine igne calcinatum. oſſa de corde cervi; Multi autem oſſa cordis bubuli pro oſſe cordis cervini tradunt in magnam languentium perniciem & Medicorum infamiam inquit Alexander Benedictus. dens apri, oculi cancri, raſura eboris, ebor uſtum ſeu ſpodium, lapis bezoar Or. & Occidentalis verus, lapis lazuli.

CARDIACA FRIGEFACIENTIA & Alexipharmaca
Interna Composita.

AQuæ deſtillatæ.] acetoſæ, fragorum vino, fragariæ, ceraſor. nigror. cydoniorum, tophorum, cordium, ſcorzoneræ ſ. & compoſita, roſarum, violarum, nymphææ per B., borraginis, bugloſſæ, acetoſellæ, cichorii, taraxaci, endiviæ, portulacæ per B., papaveris rheados, aquæ item inſtaurantes, compoſitæ & nutrientes.

Succi.] citri recens, granatorum, acetoſæ, acetoſellæ, acetum roſarum, tunicis, rubi Idæi, gelatina C. C. cum aceto flor. ſambuci parata.

Syrupi.] acetoſitatis citri, granatorum, acetoſus ſimplex, acetoſæ ex ſucco, acetoſellæ, de ſucco ribium, berberum, ex ſucco bugloſſæ, borraginis, ſcabioſæ, nymphęæ, ceraſorum, fragorum, violarum purpur., de corallis Quercetani, portulacæ, oxyſaccharum ſimplex, Iulepus roſarum, violarum.

Con-

& Alexipharmaca

INTERNA COMPOSITA.

Conſervæ.] flor. citri & aurantiorum, carnis citri, roſarum, nymphææ, violarum, bugloſſæ, borraginis, acetoſæ, acetoſellæ, flor. acaciæ, tunicis.

Condita.] ribium, berberum, ceraſorum, carnis citri, radic. ſcorzoneræ, cichorii, cydonia condita & pyra, cynosbati.

Electuaria.] diaſcordii Fracaſtorii, cum ſyrupo acetoſitatis citri aſſumptum addito magiſterio corallorum. Vtiliſſimus quoque ad refrigerandum in febribus uſus eſt conſervæ violarum aut roſarum cum ℈j ſalis è matre perlarum inſtar Electuarii cum ſyrupo de corallis uſurpatæ pro doſi. Electuarium reſumptivum.

Species ac Pulveres.] diamargariti frigidi, de gemmis frigidi, diaireos ſimplicis, diacorallii, diatrion ſantalon. item Eſſentia citri, magiſterium perlarum, corallorum, matris perlarum, C. C. & ſal eorundem.

Rotulæ ac Morſuli.] ex ſucco citri, ribium, berberum, ex tinctura roſarum, ſaccharum roſatum, tabulatum, violatum, ſacch. manus Chriſti cum & ſine perlis.

CARDIACA FRIGEFACIENTIA & Alexipharmaca

EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] nymphææ, fragariæ, violarię.

Flores.] roſarum rubrarum, tunicis, bugloſſæ, borraginis, nymphææ.

Ligna.] ſantalum citrinum, album & rubrum.

Gummi & Terræ.] camphora, terra ſigillata, ac lapides pretioſi.

Epithemata.] Ex aqua roſarum, nymphææ, fragariæ, cichorii, bugloſſæ, borraginis, acetoſæ, ſucco citri, aceto roſarum, tunicis, rubi Idæi, florum ſambuci parata, additis ſpeciebus cordialium temperatarum, vel ſpeciebus pro Epithemate cordis Auguſtanorum.

Sacculi.

Digitized by Google

EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

Sacculi.] ex herbis cordialibus frigidis & floribus parati & pro fomento applicati; addito ſantalo citrino.

Olea & Linimenta.] oleum amygdalar. dulcium, violarum, roſarum, nymphææ, mucilago ſeminis malvæ, althææ, cydoniorum, unguentum roſatum Meſuæ, refrigerans Galeni, ſantalinum.

CORDI NOCIVA.

OMnis generis venena, tàm ex plantis & animalibus, quàm mineralibus deſumpta. morſus item venenatarum beſtiarum & canis rabidi; ſaliva enim intrò ſubiens ſenſim, in principes tandem partes inſilit, earumque vires ac ſubſtantiam dirimit.

Fungi, ex quorum uſu incommoda plurima & ſæpiſſimè mors. ita refert Renodæus, quinq; ingenuos adoleſcentes Lutetiæ literis operam dantes, fungorum eſu interiiſſe.

Digitized by Google

Opium, cicuta & Narcotica omnia. Vnde ſæpius obſervavi, inquit Henricus ab Heer *in Obſervationibus*, narcotica data, in necrotica Medicorum culpâ abiiſſe: & qui Requiem Nicolai veſperi ſumpſerant, noctu in requiem ſempiternam, ſopore æviterno ligati conceſſerunt. ſic obſervatum eſt ſæpius & videmus, quibus laudanum opiatum exhibitum fuerat ad conciliandum ſomnum, eos adhuc ſomno plus ſatis detineri.

Aër frigidus, putredinoſus & omnia quæ eum inficiunt. Converſatio cum infectis & morboſis.

Nimis frigida actu tàm interna quàm externa. itaque cardiaca frigefacientia non ſint nimium refrigerantia, ſed temperata. Et cordi ſemper admiſcenda ſunt, quæ vim habent roborandi, ut modicè adſtringentia, odorata & bezoärdica, ſeduloque cavendum eſt hîc à vehementer refrigerantibus & calefacientibus. Ideoque theriaca & mithridatium aliaque nimis calida non ſunt danda pueris, prægnantibus, infirmis &

quibus

quibus vehemens febris & calor internus intenſus ineſt. Vnde dixit rectè, qui dixit: quamvis alexipharmacum medicamentum juſta doſi aſſumptum ſanat, ultra modum tamen exhibitum, homines interficit. Huc quadrat τὸ πολὺ Hippocratis.

Mœrores, anxietates, ira, terror, ac animi παθήματα, invidia.

Vulnera cordi inflicta lęthalia omnia, exceptis pauciſſimis obſervationibus.

Venæ ſectio ſpiritus vitales valdè diſſipat & abſumit. Vnde quibus in febribus ardentibus, malignis & peſtilentialibus vena ſecatur, non juſto præſertim tempore, ad unum moriuntur omnes. *videatur Sennertus.*

Nota.] quidam ad cordis corroborationem gemmas ac perlas in reverberio calcinant cum nitro, calcem in balneo vel cella vinaria ſuper tabulâ marmoreâ aut vitreâ ſolvunt, idque oleum perlarum eſſe perhibent, ſed cave tibi, inquit Hoffmannus, *de uſu & abuſu Chymiæ*, plerunque enim parum gemmeæ, multum

Digitized by Google

multum verò nitroſæ accipies ſubſtantiæ, & plus damni quàm commodi inde hauries.

STOMACHICA CALEFACIENTIA.

INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] abſynthii Pontici & vulgaris, betonicæ, ſalviæ, calaminthę, menthæ rubeæ & hortenſis veræ, menthæ criſpæ, ſeu balſamitæ, menthæ Saracenicæ, menthæ cardiacæ, rorismarini, pulegii, origani, ſerpilli, thymi, ocimi ſeu baſilici, majoranæ, artemiſiæ, cichoracea etiam omnia ventriculo confortando ſunt utiliſſima, inquit Montanus, nam quia amara, ideò ſunt calida. calefaciunt igitur & confortant, ac leniter etiam refrigerant. ſaturejæ.

Flores.] anthos, betonicæ, ſalviæ, ſpicæ, lavendulæ, majoranæ, chamæmeli Romani, meliſſæ, roſarum rubrarum.

Fructus.] baccæ, juniperi, lauri, nux Indica non condita ſeu pulpa nucis;

cis Indicæ, mala aurantia, nuces juglandes.

Semina.] quatuor calidi majora & minora. coriandri præp. Dorncreilii, anethi, ſinapis, ſeſelios, leviciſti, citri, aurantiorum, majoranæ.

Aromata.] calamus aromaticus, zingiber, nux moſchata, maces, caryophylli, cinnamomum, galanga, zedoaria, cardamomum, cubebę, piper omne, caſſia lignea, piper integrum devoratum valdè ſtomachum adjuvat in concoctione.

Ligna.] xyloaloës, quo nullum præſtantius eſt medicamentum in morbis ventriculi ac capitis, ſaſſafras, guajacum. Et Cortices citri, aurantiorum.

Radices.] cyperi, fæniculi, pimpinellæ, helenii, ſcyllæ, rhapontici veri, imperatoriæ ſeu oſtrutii, gentianæ, coſti Arabici veri, caryophyllatæ, raphani, majoris ſeu ſylveſtris.

Gummi.] maſtiche, ſtomachum n. laxatum & debilitatum in appetendo ac di-

ac digerendo optimè reſtaurat. unde dicit Prevotius *in Euporiſtis*, valdè prodeſſe ſi quotidie ſumatur ex ovo ſorbili ʒj. circiter maſtichis pulv. cùm pauco zingibere. ſtyrax, olibanum.

Marina.] ſuccinum, ambra odoris ſuavitate nativum calorem ac ſpiritus ſuſcitando concoctionem adjuvat, & ſiccitate ſua humores ſuperfluos abſumit.

Ab animalibus.] pelliculæ ſeu tunicæ interiores ventriculi gallinarum, item mergi. ventriculi etiã animalium ſanorum in cibis comeſti ſtomachum à totius ſubſtantiæ familiaritate adjuvant.

STOMACHICA CALEFACIENTIA INTERNA COMPOSITA.

SPiritus.] vini malvatici, Rhenani ſalis, vitrioli, maſtichis, maſtichis Sennerti, abſynthii, betonicæ, aniſi, anthos, cinnamomi, panis.

Aquæ deſtillatæ.] menthæ, betonicæ,

nicæ, calaminthæ, ſalviæ, ſerpilli, cinnamomi ſ. & cum vino, elixir vitæ, ſtomachalis compoſita, contrà Colicam, elixir vitæ Matthioli, meliſſæ cum vino, zedoäriæ cum vino. elixir citri cum ſpiritu vini malvatici. balſamus embryonum, aqua veronicæ cum vino.

Olea deſtillata.] piperis, calami aromatici, caryophyllor. macis, cinnamomi, carvi, aniſi, fæniculi, cymini, abſynthii, cortic. aurantiorum, menthæ, maſtichis ad gutt. iij. vel iiij. exhibitum, coriandri, anthos, majoranæ, ſalviæ, meliſſæ, chamæm. Romani.

Tincturæ.] elixir proprietatis, ſuccini, corallorum, ligni ſaſſafras.

Extracta.] xyloäloës, abſynthii, galangæ, calami aromatici, zedoariæ, ſp. aromatici roſati Gabr., cortic. citri, juniperi, ſtomachicum Quercetani. tormentillæ.

Eſſentiæ.] roriſmarini, citri, aurantiorum, fæniculi, aniſi, majoranæ, abſyn-

ſynthii, juniperi, menthæ. huc refer ſal abſynthii, menthæ, juniperi &c.

Vina medicata & cereviſiæ:] abſynthii, ſalviæ, betonicæ, rorismarini, caryophyllatæ, vinum aromaticum, Hippocraticum, malvaticum, Rhenanum.

Succi liquidi & inſpiſſati.] acetum ſcylliticum, ſuccus abſynthii, fœniculi, rob. juniperi ſ. & compoſitum, diacydonium cum aromatibus.

Syrupi.] cinnamomi, menthæ, abſynthii, betonicæ, abſynthii multiplicis infuſionis, maſtichis, cydonior. cum vino malvatico & cinnamomo paratus, de corticibus citri, aurantiorum, oxymel ſ. & comp., oxymel ſcylliticum, mel roſatum & ſcylliticum, ſyrupus maſtichinus compoſitus. de coralliis cum aq. cinnamomi exhibitus. florum hyperici, qui in omnibus ventriculi affectibus utiliſſimus eſt.

Conſervæ.] abſynthii, menthæ, meliſſæ, betonicæ, anthos, ſalviæ, majoranæ,

ranæ, hyſſopi, eryngii, roſar. rubrar. vitriolata.

Condita.] Zingiberis Chinenſis, acori veri, galangæ, cortic. citri, aurantiorum, rad. helenii, zedoâriæ, myrobalanorum, nucum juglandium, nucis moſchatæ, nucis Indicæ.

Electuaria & antidota.] theriaca Venetiana, mithridatium, Elect. Ducis in Diſp. Noriberg., aliaque ſtomachica compoſita. Vel ℞. conſerv. roſar. rubr. Vitriolatæ ℥j. majoranæ, beton., anthos à ℥jß. Zingib. in China conditi, conditi cortic. citri, acori veri à ℥ß. ſpec. aromat. roſati, diagalangæ à ʒij. c. ſyr. conſervat. zingib. F. Electuarium.

Species ac pulveres.] aromat. roſati Gabr., roſati caryophyllati, diagalangæ, dianiſi, diambræ, diacinnam., diatrion pipereon, diaxyloâloës, dianthos, roſatæ novellæ, diamoſchi, diacalaminthi, diacymini, diacoſtu, diazedoariæ, diazingiberis. ſpecies imperiales, pulvis ſtomachalis Birckmanni probatiſſimus,

mus, *quem vide Pharm. Quercani*, Pulveres alii poſſunt parari ex enumeratis ſimpl. & compoſitis. item ſales Sacerdotales ſeu Trageæ groſſæ variæ, Quercetani, tragea ſtomachalis Lipſienſium cum fructibus, optimi ſaporis & magnæ efficaciæ eſt.

Rotulæ ac Morſuli.] aromatici roſati, roſatæ novellæ, Morſuli Imperatoris c. fruct. Käyſer morſellen. cydoniorum comp. Lipſienſium ex ſpeciebus & fructibus. Trochiſci item galliæ moſchatæ, aliptæ moſchatæ, de roſis, abſynthio. Rotulæ carminativæ Dorncreilii in ventriculo confortando certiſſimum dant effectum, ſi dextrè paratæ fuerint: (Aliâs enim pulveres, *quod benè notandum*, efficaciores ſunt, quia in ſaccharo calefacto aromatum & oleorum vis diſſipatur:) ℞. olei cymini, aniſi à ʒß. fænic., carvi, cortic. aurantior. à ℈j. juniperi ℈ß. cinnam. gutt. iij. caryophyllor. gutt. ij. ſacchari fini in aq. betonicæ diſſol. ℔j. M. F. l. a.

F. l. a. rotulæ. dantur pro doſi 4. vel quinque.

STOMACHICA CALEFACIENTIA EXTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] calaminthæ, menthæ, origani, thymi, ſerpilli, rutæ, ſalviæ, pulegii, majoranæ, polii montani veri, chamæmelum Romanum.

Semina] cymini, milii, rutæ cum toto. Et baccæ juniperi, lauri.

Gummi.] ladanum, tacamachaca, terebinthina, ſtyrax calamita, maſtiche.

Ab animalibus.] catelli pingues appoſiti. manus etiam propria in lecto ventriculi regioni impoſita, eundem excalefacere & confortare poteſt. Corpus a. hominis noctu in lectu abdomini appreſſum retentumque præfertur, ut eſt boni habitus puellus, ſic accubans.

STOMA-

STOMAHICA CALEFACIENTIA EXTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] menthæ c. vino deſtill., calaminthæ, ſerpilli, balſamus embryonum; ſpiritus vini juniperi & vinum malvaticum.

Olea deſtillata.] maſtichis, caryophyllor., abſynthii, menthæ, macis, cymini, coriandri, majoranæ, anthos, chamæmeli Romani, meliſſæ, nucis moſch. per expreſſionem, amygdalarum amararum, è baccis lauri., ſtillatit. rutæ, ſpicæ. olea convenientia per coctionem, nardinum, de piperibus.

Balſama.] Peruvianum, nucis moſch., aniſi, menthæ, meliſſæ, chamæmeli Romani, maſtichis Strobelbergeri.

Unguenta.] ſtomachale, Martiatum magnum, aut ex oleo communi, in quo ruta, ſem. cymini, apii, dauci, caſtoreum, baccæ lauri &c. cocta. Vel ℞. ol. abſynthii, nardini à ℥ß. ol. menthæ ℈ß. nuc. moſch. per expreſs. ʒß.

pulver.

pulver. caryophyll., calami arom. à ℈j. ceræ q. ſ. F. linimentum.

Emplaſtra ac Cataplasmata.] ſtomachale, de cruſta panis, baccis lauri, de maſtiche, diaphænici calidi & frigidi. efficax etiam eſt cataplasma Rhaſis ex ſtyrace, ſpica, abſynthio, calamo arom., Emplaſtrum de cruſta panis cum pulv. menthæ, maſtichis, abſynthii, caryophyllis, cum oleo abſynthii, menthæ, maſtichis. item quod paratur ex parte una ladani & partibus duabus ceræ, quo nihil eſt utilius.

Sacculi & Fomenta.] ex pane toſto cum vino malvatico & caryophillis. ſacculi ex mentha, abſynthio, origano, ſerpillo, calamintha, majorana, chamæm. Rom., &c. item ex ſolo milio parùm contuſo; vel miſto cum furfure triticeo, baccis lauri, juniperi, ſem. cymini, anethi &c. Omentum item animalium caſtratorum oleo calente maſtichis & amygdal. amarar. madefactum & ventriculo calidè impoſitum.

STOMA-

STOMACHIA FRIGEFACIENTIA
INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] intybum omne ſeu cichoracea omnia confortant ventriculum & leniter refrigerant. acetoſæ, portulacæ, myrti. malvæ utriusque, lactucæ, ſpinachiæ, braſſicæ.

Flores.] roſarum, violarum, borrag. bugloſſæ, mali punici ſeu granati, vel balauſtiorum, citri.

Ructus.] cydonia, mala citria, aurantia, granata, poma acida, pyra, perſica, mora, prunella, pruna acida, paſſulæ majores & minores, myrtilli, acacia, ceraſa, fraga, meſpila, tamarindi, ribes, berberes. ſiliquæ, melones, cucumeres.

Semina.] 4. frigida majora & minora, hordei, acetoſæ, coriandri cum aceto roſarum præparati.

Radices.] cichorii, acetoſæ, aſparagi, tormentillæ, glyzyrrhizæ, nymphææ.

Ligna.] ſantali rubri & albi, citrini.

Terræ.

Digitized by Google

Terræ.] bolus armenus, terra ſigillata Turcica & Strigenſis.

Mineralia & Lapides.] corallia alba & rubra. in omni enim intemperie valdè prodeſt corallium ad ʒß. exhibitum. in frigida tamen & ſicca intemperie calidis ac humidis corrigendum eſt. ſcoria ferri, limatura chalybis.

Ab animalibus.] interiores tunicæ ventriculi gallinarum, ſerum lactis & lac tepefactum, raſura eboris, C. C. ebur uſtum ſeu ſpodium.

STOMAHICA FRIGEFACIENTIA INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] violarum, roſarum, acaciæ, cydoniorum, fragorum ſ. vino, acetoſellæ, acetoſæ portulacæ, plantaginis, alkekengi, cichorii.

Decocti.] hordei, ſantalorum, jus pulli, in quo endivia, lactuca & braſſica cocta.

Emul-

Emulſiones.]4.frigidor. majorum c. aq. hordei. vel ℞. ſem. 4. frig, maj. à ʒij. aq. hordei ſimplic. ℔j. aq. fragor. ſ. vino ℥iiij. roſar. ℥j. F. Emulſio, adde julepi violar. ℥jß. M.

Succi.] acetum roſarum, vinum auſterum, rubrum, granatorum, ſuccus citri, granatorum, fragorum, cydoniorum, omphacii ſeu agreſtæ, rob ſeu gelatina ribium, berberum, ceraſorum, cynosbati, meſpilorum, acaciæ, hypociſtidis. Vinum acaciæ & cydoniorum.

Syrupi.] acetoſit. citri, de corallis, agreſta, cydonior., acaciæ, acetoſæ, granatorum, ceraſorum, myrtinus, oxyſaccharum ſimplex, oxymel ſ. & comp., ſyr. ex roſis ſiccis, ribium, berberum, julepus roſarum & violarum, ſyr. papav. ſ. & papaveris rheados.

Conſervæ.] roſarum, acetoſæ, violarum, cichorii, roſar. vitriolata, flor. acaciæ, ſummitat. quercus, flor. citri.

Condi-

Digitized by Google

Condita.] radicum cichorii, cydonia condita, lactuca Hiſpanica, ceraſa, ribes, berberes, diacydonium ſimplex. item Electuaria varia, vel ℞. conſervæ violar. ℥ij. roſar. vitriolat. ℥j. lactucæ Hiſp. cond. ℥ß. ſpec. diamarg. frig. ſantali citrini à ʒß. c. ſyr. acetos. citri q. ſ. F. Electuarium.

Species ac Pulveres.] diatrion, ſantalon, diarrh. Abbat., dimarg. frig., diatragac. frigidi. Ad ardorem a. ſtomachi Vffenbachius pulverem ſæpius probatum habet: ℞. cryſtall. calcinat. & præp. ʒjß. marg. præp. ℈j. corall. alb. præp., cretæ à ʒj. ſacch: candi albi ʒij. M. F. pulvis ſubtilis cum vino ſumendus, aut per ſe.

Morſuli.] ex ſucco citri, rjbium, ex tinctura roſarum, papaveris rheados. ex ſucco cydoniorum & carne ipſorum.

STOMACHICA FRIGEFAGIENTIA EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] malvæ utriusque, portulacæ, endiviæ, braſſicæ.

G Flo-

Flores.] roſarum, balauſtiorum, malvæ utriusque.

Ligna & Lapides.] ſantali ſpecies, corallium appenſum ventriculo confortando utile eſt, item jaſpis appenſus.

Succi] cydoniorum, citri, plantaginis, portulacæ, acetoſæ acetum roſarum.

Epithemata.] ex decocto roſar. rubrar., malvæ, oleo roſarum, ſuccis plantarum, mucilagine ſem. pſylli, malvæ, malvæ, cydonior. c. aq. roſarum facta.

Unguenta.] ex oleo roſar., violar., cydonior., nymphææ, lil. albor., omphacino, &c. cum mucilagine ſem. pſyllii, ſantalis. vel ℞. ol. violarum, roſar. nymph. ad ℥ ß. extractæ mucilag. ſem. pſyllæ aq. roſ. ℥iij. ceræ parum F. unguentum. ſantalinũ, refrigerans Galeni, roſatum Meſuæ. vel F. cataplasma ex carne cydoniorum, coq. in vino rubro, aceto, agreſtæ cum flor. roſar. & oleo roſarum.

STOMA-

STOMACHO NOCIVA.

FOlia.] malvæ, artiplicis, & olera, ferè omnia, quia paucum in ſe continent alimentum, braſſica muriâ condita, braſſica item & beta coćta; ventriculi enim tonum valdè laxant ac nitrosâ ſuâ facultate omnia inteſtina afficiunt: hinc concoćtiones depravatæ & alvi fluxus. deteriora exiſtunt, quæ cum pinguedine ſuilla parantur. Spinachii, laćtucæ & omnium refrigerantum nimius uſus.

Frućtus.] omnes crudi comeſti, melones, cucumeres, quia facilè corrumpuntur in ventre & veneni quaſi naturam induunt, undè febres malignæ, cholera, plurimique ex horum eſu interierunt. Caſtaneæ crudæ, avellanæ præſertim immaturæ. poma immatura & alii frućtus crudi, nam dùm putreſcunt, priſcam ſuam naturam relinquunt, & aliena calida & acri induuntur, undè alvi fluxus, dyſenteriæ, febres acutæ. paſſulæ item majores, ficus &

Digitized by Google

pruna in cibis frequentiùs uſurpata & omnia dulcia ventriculi calorem labefactant dùm ejus tonum deſtruunt laxandi ſua vi ad retentricem facultatem.

Radices.] quinque aperientes in cibis uſurpatæ, præſertim petroſelini, ſi enim nimia ejus copia ſumatur, concoctionem impedit, nam crudos ſuccos ſecum ad epar & renes rapit ibique ob ſtructiones gignit.

Ab animalibus.] canes nimis ſalitæ & fumo induratæ, nimis aſſatæ ſeu aduſtæ, ſemicoctæ, toſtæ, pingues, viſcidæ, lardum, farcimina omnia, caro ſuilla, anſeres, anates, pedes animalium & inteſtini, cancri fluviatiles & marini, piſcium nimius uſus. lac & lacticinia flatus pariunt, quod & mel facit. caſeus, ſæpius & multa ova in uno paſtu. butyri nimius uſus. ſanguis tauri rec. epotus. pulmones & epar animalium, quia plerumque morboſa hæc membra cæteris omnibus ſanis-

Plura hîc monenda eſſent, quæ ad Diætam ſeû cibi ac potus rationem ſpectant, ſed quia

Digitized by Google

quia Manuale noſtrum tranſcendunt, poſſunt hæc ex Diæta Studioſorum D. Horſtii & D. Sennerti Inſtit. & Praxi deſumi.

Quamvis a. ex ſententia Celſi, ſanus homo qui & benè valet & ſuæ ſpontis eſt, nullis ſe Medicorum legibus obligare debeat; attamen ſicut gutta cavat lapidem, & non vides quantum una gutta faciat, ita ex mala victus & neglecta ſex rerum non naturalium ratione, tanquàm vita anteacta & cauſis antecedentibus paulatim fit impreſſio, quæ ultimò tandem conſpicitur, & cùm poſteà manifeſtus eſt morbus, ultimo delicto ſed præpoſtere imputatur. *Vndè meritò aureis literis hîc annotari deberet illud Syracidis, quod Caqite 38. v. 30. & 34. monet.*

Nocent & omnia valdè aromatiſata, nimis calefacientia alimenta & fortiter exſiccantia; hæc enim per accidens refrigerant, dùm nimis calidis calidum innatum diſſipatur. item attenuantia, aperientia, diuretica, diſtributiva, ſalſa, acria, erodentia quia orificium lædunt.

dulcia omnia bileſcunt & in flatus abeunt; idem etiem faciunt omnia cruda in ventriculo detenta. pinguia laxant ventriculi orificium quo minùs claudatur, & fundum. Vndè in ſtomachi debilitate pinguia omnia vitanda.

Cibi concoctu difficiles, viſcoſi, craſſi, ingrati; grata enim etiamſi deteriora, amica ſunt ſecundum Hippocratem. Panis azymus, glutinoſus, recens, calens. placentæ omnes & lagana cum pinguedine parata, ſi præſertim iisdem, & juſculis pinguibus, validus hauſtus frigidè ſuperbibatur. nocent & intempeſtivæ edendi horæ, & priore nondum confecto cibus aſſumptus. à cibo ſtatim defatigationes animales aut corporeas ſubire, maxime Venereas. ſomnus immediate à cibo; nam replet. Varietas ciborum in uno paſtu; non n. convertuntur in ſuccum & ſanguinem cibi, qui varietate vim ventriculi obruunt. Vndè varium cibum edi faciliùs, quàm concoqui, recte idem Celſus dixit. carnium etiam nimius uſus valdè noxius eſt,

Digitized by Google

eſt, calorem nativum ſuffocat, corrumpit ac diſſolvit.

Valdè refrigerantia tàm interne quàm externe adhibita. potus aquæ frigidæ, cerevifiæ feculentæ, recentis, craſſæ. bibere ſine interſpirio hauſtum magnum frigidum. certare poculis in multam noctem. ejusmodi guloſi contrahunt ſibi ventriculi, hepatis, lienis, venarum meſaraicarum magnam imbecillitatem & humorum colluviem; ab iſta enim nimia cibi potusque repletione ventriculus adeò diſtenditur & extenuatur. ut corrugari amplius nequeat & officio ſuo fungi. refrigerato & enervato ejus tono ſubſequuntur cruditates, catarrhi, tuſſes, inteſtinorum laxitas, alvi fluxus, nauſeæ, vomitus, aliaque ſymptomata infinita, atque tunc plerumque

Nil præcepta cibi ratio, nîl pharmaca proſunt,
Virtutem morbus ſuperat, calor oſſa relinquit,
Æthereas petit divinus ſpiritus auras.

Cùm ergò ſoli diætę errores in cauſa ſint, quod adeò multi evadant morboſi & hypochondriaci, etiamſi nullum in liene & ventriculo vitium anteà ſubfuerit, rectiùs facient illi qui Syracidis præceptum & Diætam obſervant.

Qui etiam frequentiùs indies, & largiore cibo affatim utuntur, quàm ut ſtomachus digerere poſſit, ij prælmaturam mortem ſibi ipſis. ac mala prædicta imponunt. Vndè Avicenna Valetudinariis præſertim, regulã ſanitatis tuendæ generalem præſcribit; ut ſcil. ex tribus partibus diurni cibi duas in prandio aſſumant, tertiam in cæna. ita enim neque interdiu percipient repletionem aut gravitatem, neque noctu multa opprimentur cibi multitudine, ſed ſuaviter dormient, vitamque in multos annos ſine ægritudinibus ducent. Nam qui multum edunt bibuntque, neceſſario medicinæ obnoxii ſunt, inquit Pigræus *in Chirurgia.*

Potare vel bibere cum morboſis, phthiſicis, lue Venerea infectis, aut correpti

reptis febribus malignis; quia ſaliva ipſorum vaſibus inhærens, facilime morbum ita cum hauſtu propagare poteſt.

Irâ & terrore vehementi prægreſſis ſtatim bibere & cibum ingurgitare. inde enim mala plurima, hemiplexia, apoplexia & mors.

Vehementer purgantia. frequens item purgantium omnium & lenientium uſus; cùm enim in ſtomacho tota œconomia corporis perficiatur, caute iis utendum & non niſi neceſſitate. Quæ v. purgantia in ſpecie hîc noceant aut proſint vide in Appendice Purgantia Stomachica.

Multorum medicamentorum indifferens uſus. neque enim tot inculcare medicamenta corpori ac ſtomacho præſertim debili proficuum eſt, cùm omnia, ex ſententia Montani, illud habeant commune, quod humanæ naturæ adverſentur ſecundum propriam ſubſtantiam. huc referatur oportet illud Liviani dicterium: optimum quan-

 doque

doque eſt medicamentum, nullo uti medicamento.

HEPATICA CALEFACIENTIA
INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] agrimoniæ ſ. eupatorii Græcorum, agerati ſ. eupatorii Meſuæ, herbæ Kunigundis ſ. eupatorii Avicennæ. chamædryos veræ montanæ, vulgaris, teucrii, veronicæ, abſynthii p. & vulgaris, centauriimin., naſturtii, marrubii albi, abrotani, carduibenedicti, origani, betonicæ, ſalviæ, hepaticæ ſeu lichenis, lupuli, ſalviæ, capillor. Veneris, ſpicæ, aſari, apii, ſabinæ, rotismarini, ſquinanthi, cuſcutæ, petroſelini, ſcordii. Et pleraque fere ſplenetica. chamæpityos.

Flores.] centaurii min., ſpicæ, ſquinanthi, ſambuci, anthos, epaticæ nobilis, lupuli, ſalviæ.

Fructus.] mala aurantia, amygdalæ amaræ & dulces, baccæ juniperi, lauri, uvæ paſſæ. paſſulæ à ſpecifica ſubſtantia proſunt. piſtacii.

Semi-

Semina.] quatuor calida majora & minora. aurantiorum, citri, aquilegiæ, ſeſelios, cicerum rubrorum, aſparagi, carduibenedicti. nuclei perſici.

Aromata.] cinnamomum, crocus, acorus, zedoaria, ſpica Indica, Celtica, caryophylli. caſſia lignea, galanga.

Ligna.] ſaſſafras, xyloäloës, guajaci, ſarſæ parillæ, ſantali citrini, juniperi. Et cortices citri, aurantiorum, cortices radic. fraxini, radic. capparum.

Radices.] quinque aperientium majorum & minorum, pimpinellæ, raphani ruſtici, valerianæ, cyperi longi & rotundi, ſcyllæ, rubiæ tinctorum, aſari, gentianæ, rhapontici veri, rhabarbarum quod anima hepatis eſt, & non solùm ad purgandum, ſed & ad hepatis robur confortandū adhibetur. chinæ.

Gummi.] ammoniacum, maſtiche, thus. Et ſuccinum.

Ab animalibus.] hepar lupi præparatum, hepar vituli, gallinarum, anſerum, vitelli ovorum.

HEPA

HEPATICA CALEFACIENTIA INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] ex prædictis herbis hepatica comp., compoſita ex hepate vitulino: ℞. hepar vituli rec. mact. unum vel duo, conciſo adde fol. agrimon. Mij. ſalviæ, epaticæ nobilis à Mj. veron. Mij. cinnam. ℥j. affunde aq. agrimon. & cichor. à q. ſ. deſtilla per veſicam aut quod commodius eſt, in vaſe clauſo ebulliant, & liquor percolatus exhibeatur, Aqua chamædryos per B., agrimoniæ per B.

Spiritus.] ſambuci, guajaci. terebinthinæ, ſpiritus ſalis, vitrioli, vini tartariſatus, miſtura ſimplex, ſpiritus abſynthii, centaurii min., cochleariæ.

Olea deſtillata.] ſalviæ, ſuccini, anthos, aurantiorum, abſynthii, aniſi, fæniculi, juniperi, nucis moſch. per expreſſionem.

Tincturæ.] elixir proprietatis, coralliorum, ligni ſaſſafras, ſuccini. balſamus ſulphuris cum ſpir. vini terebinthinato.

Extra-

Extracta.] gentianæ, eryngii, carduibenedicti, ligni aloës, ceterach. linguæ cervinæ, abſynthii, centaurii min., rad. cichorii, guajaci, ſarſæ parillæ, veronicæ, agrimoniæ, zedoäriæ, agerati, juniperi.

Decocta] ligni ſaſſafras, ſarſæ parillæ, guajaci, chinæ. ex ordinatione ſeu præſcripto Bauhini.

Vina medicata & cereviſiæ.] abſynthii, agrimoniæ, agerati, veronicæ, linguæ cervinæ, vinum chalibeatum, vinum malvaticum cum limatura martis vide in Praxi Chymiatrica Hartmanni, citri, anthos.

Succi inſpiſſati.] abſynthii, agrimoniæ, agerati, teucrii, centaurii, min., fumariæ. Et vinum Rhenanum, malvaticum, vinum Necarinum. rob ſambuci, juniperi.

Syrupi.] de duabus radicibus, de 5. radicib., chamædryos, agerati ſeu de eupatorio Meſuæ, byzantinus ſ. & comp., lupulorum, coralliorum, de calamintha,

tha, cuſcuta D. Scholtzii, de praſſio, oxymelitis genera, ſyrupus aperiens Sennerti p. 667. in Praxi, adiantinus Fernelii, ſcolopendrii veri ejusdem. oxyſaccharum compoſitum.

Conſervæ.] agrimoniæ, chamædryos, chamæpityos, ſalviæ, abſynthii, fumariæ, agerati, linguæ cervinæ, majoranæ, anthos.

Condita.] acori veri. cortic. aurantior., citri, radic. cichorii, eryngii, helenii, pimpinellæ, ſcorzoneræ.

Electuaria & Antidota.] theriaca, mithridatium, elect. chalybeatum Auguſtanorum, de ſcoria ferri Rhaſis. vel ℞. conſerv. anthos, betonic. cond. cortic. citri à ℥ß. hepatis lupi præp., ſpec. aromat. roſ., diamarg. calidi à ℈j. cum ſyr. de eupatorio q. ſ. F. electuarium.

Species ac Pulveres.] diacurcumæ ſeu diacrocu, dialaccæ, diacinnamomi. dianiſi, diamarg. calidi, diaxyloäloës, diacoſtu, aromatici ros. Gabr., roſatæ

roſatæ novellæ, diacalaminthi, diathamari, & pulveres compoſiti, pulvis cachectius ſeq. ℞. chalyb. præp. part. j. caſſiæ ligneæ part. iij. ſacch. albiſs. part. iiij. F. pulv. doſis manè & veſperi ℈j. pulverem cachecticum Sennerti vide in ipſius Praxi pag. 706. libro tertio. Chalybis a. veram præparationem & uſum vide pag. 393. ibid. & libro 4. pag. 220. & ſeq. Pulveres item chymici varii; ſal corallorum, ſpiritus vitrioli coagulatus, tartarus vitriolatus, cryſtalli tartar. & omnia medicamenta è tartaro & chalybe parata.

Trochiſci & Rotulæ.] de capparibus, eupatorio, de lacca, rhabarbaro, de myrrha, abſynthio, aliptæ moſchatæ galliæ moſchatæ. vel ℞. chalybis præp. ℥j. ſacch. alb. in aq. agrimon. diſſoluti ℔ß. adde in fine ol. cinnam. gutt. ij. F. rotulæ.

Digitized by Google

HEPATICA CALEFACIENTIA
Externa Simplicia & Composita.

FOlia.] abſynthii, agrimoniæ, menthæ; centaurii min., chamæpityos.

Flores.] ſambuci, ſpicæ. & baccæ juniperi.

Gummi.] ammoniacũ, bdellium, juniperinum, camphora, myrrha.

Decocta.] abſynthii, hyſſopi, calaminthæ, fumariæ, radic. ficilis cum pauco aceto, Epithematis forma applicata cum ſacculo.

Olea.] abſynthii, nardini, juniperi, anethini, ſambuci, chamæmeli, macis, maſtichis, ſpicæ, caryophyllor., amygdalar. amararum, de cappari bus, coſtinum, ſcorpionum Matthioli.

Unguenta.] de althæa ſ., nardinum, Martiatum, Aregon., de althæa compoſitum.

Emplaſtra.] de meliloto, diaphænici calidi, de baccis lauri, oxycroceum.

HEPA-

Digitized by Google

HEPATICA FRIGEFACIENTIA

INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] acetoſæ, fragariæ, violariæ, aſparagi, hepaticæ ſeu lichenis, hepaticæ nobilis, cichorii, endiviæ & omnia cichoracea ac intybeacea, taraxaci, ſcariolæ, portulacæ, lactucæ, nymphææ, myrti, borraginis, bugloſſæ, & adiantum omne.

Flores.] roſarum, cichorii, violarum, bugloſſæ, balauſtiorum, hepaticæ albæ pratenſis, nobilis ſeu aureæ, nymphææ, papaveris rheados, acaciæ.

Fructus.] poma granata, citri, cydonia, aurantia, pyra, acacia, ceraſa, fraga, poma acida & dulcia, ribes, berberes, cucumeres, melones, tamarindi. paſſulæ minores & majores. pruna Hiſpanica. pineæ.

Semina.] quatuor frigida majora & minora. hordei, papaveris albi, violarum.

Ligna.] ſantalum omne, præſertim rubrum.

Radi-

Radices.] aſparagi, graminis, nymphææ utriusque, fragariæ, acetoſæ, taraxaci, cichori quod nec infrigidat ventriculum nec hepar calefacit, & nutrit v. hepar arefactum & obſtructiones aperit. plantaginis.

Gummi.] tragacantha, camphora. Et ſuccinum cum aq. roſar. præparatū.

Terræ & lapides pretioſi.] bolus Armenus verus, terra ſigillata. corallia rubra & alba fragmenta quinque lapidum pretioſorum, margaritæ, mater perlarum.

Ab animalibus.] hepar lupi, raſura eboris, ſpodium, C. C., ſerum lactis caprini, vaccini. ſerum lactis cum emulſ. ſem. 4. frig. majorum.

HEPATICA FRIGEFACIENTIA
INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] cichorii, acetoſæ, nymphææ, taraxaci, endiviæ, fragariæ, portulacæ & reliquarum herbarum refrigerantium prædictarum.

Spiri-

Spiritus.] vitrioli, ſulphuris acidus, ſalis.

Emulſiones.] ex ſem. 4. friq. majorum, portulacæ, cum aq. convenientibus factæ.

Decocta.] hordei cum julepo roſarum & ſucco citri. radic. cichorii, fragariæ cum paſſulis. cremor ptiſanæ cum 4. ſem. frig. majorum. vel ℞. rad. cichor. ℥ß. fol. endiv. cichor. à Mj. ſem. melon. endiv. à ʒij. paſſul. mundat. ℥j. Coq. in aq. hordei ſimpl. Colat. ℞. ℔j. adde ſyr. endiv. ſimpl. ℥ij. acetoſ. ſimpl. ℥jß. M. pro 3. vel 4. doſibus.

Succi liquidi & inſpiſſati.] cichorii, portulacæ, fragorum, ceraſor. nigrorum; endiviæ, acetoſæ, pomor. acidorum, granatorum, cydoniorum, ribium. berberum. ſuccus citri, acetum roſarum, rubi, tunicis. vinum cydoniorum.

Syrupi.] ex ſucco cichorii, endiviæ ſ. & comp. acetoſæ, acetoſellæ, acetoſus ſ. & comp., oxyſacch. ſ., oxymel ſ. & comp.,

comp., multiplicis infuſionis cichorii, acetoſit. citri, ribium, berberum, de coralliis, acetoſus diarhodon, fragorum, rubi Idæi, de roſis ſiccis, julepus roſarum, violarum. ſyrupus de agreſta, cydoniorum, papaveris erratici, nymphææ, portulacæ.

Conſervæ.] nymphææ, cichorii. violarum, roſar. vitriolata, rubrarum, flor. acaciæ, acetoſæ.

Condita.] radic. cichorii, caulium lactucæ, lactucæ Hiſpanicæ, cydoniorum, ceraſorum.

Species ac Pulveres.] roſatæ novellæ, diatrion ſantalon, diamarg. frigidi, diarhodon abbatis, diaireos ſimplicis. Pulveres item chymici varii, tartarus vitriolatus, cryſtalli tartari & cremor. chalybs præparatus & omnia è chalybe & tartaro parata medicamenta. corallia alba ac rubra præp., lapis cryſtallus præparatus.

Rotulæ & Morſuli.] ex tinctura roſarum, papaveris rheados, ex ſucco citri,

Digitized by Google

citri, berberum, è cydoniorum carne ac ſucco. ſaccharum roſ. tabulatum, violatum, rotulæ manus Chriſti c. & ſine perlis. trochiſci de camphora, roſis, ſantalis, ſpodio.

HEPATICA FRIGEFACIENTIA
EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] nymphææ, lactucæ, endiviæ, ſolani, plantaginis, portulacæ, fragariæ.

Flores.] roſarum rubrarum, balauſtiorum, nymphææ, utriusque, papaveris rheados. borraginis, bugloſſæ.

Ligna.] ſantalum rubrum, citrinum, album.

Gummi & Terræ.] bolus Armenus, terra ſigillata, camphora. ac lapides pretioſi.

Epithemata.] ex aq. portulacæ, nymphææ, acetoſæ, roſarum, cichorii, endiviæ, fragariæ, ceraſorum, item ex ſucco citri, cichorii, aceto roſarum, ſantalino, cum camphòra, additis ſpeciebus

bus diatrion ſantalon, diarhodon abbatis, vel cordialibus temperatarum, trochiſcis de ſpodio.

Unguentum.] ſantalinum, refrigerans Galeni, roſatum Meſuæ. Ve
℞. unguenti refrig. Gal., roſ. Meſuæ ā ʒß. pulv. roſar. rubr., ſantali citrini ā ℈j. camphoræ gr. X. ol. roſar. parum F. unguentum.

Empíaſtra.] cerotum ſantalinum diaphænicon frigidum. Emplaſtrum de ſucco cicutæ & mandragoræ cum ammoniaco mirabilia præſtat in ſcirrho hepatis ac lienis, *de quo vide Fabricium in Obſervationibus Chirurgicis.*

Olea.] roſarum, cydoniorum, nymphææ, violarum, omphacinum.

HEPATI NOCIVA.

POma ſeu mala omnia, præſertim cruda comeſta, nocent hepati non tantùm ſeroſis ſuis partibus, ſed & totius ſubſtantiæ proprietate; dolores pariunt pungitivos in latere dextro & ſiniſtro

niſtro circâ hepar ac lienem. Vndè ſtudiosè ſibi proſpicere deberent hypochondriaci & valetudinarii, ne ex horum eſu in deterius ruerent.

Frigida nimis omnia tàm internè quàm externè adhibita, hepar lædunt ejusque officium & ſanguificationem impediunt.

Nimis] calida hepatis inflammationem introducunt & ſanguinem adurunt. Hiſtoriam notatu dignam habet Henricus ab Heer *in Obſervationibus*, de Iuvene quodam cholerico, initiò ſolo urinæ ardore minimisq; in glande puſtulis laborante, qui cùm illecebris Empiricorum commotus, ad dies 40. continuos decoctum guajaci ſepties quotidiè potaſſet, ex tot calidis potionibus, hepate ferè cinerato, adeò perfectam incurrit lepram, ut leproſiorem per totam vitam, dictus Author viderit neminem. Sæpiùs etiam obſervatum eſt, melancholicos, quibus hepar æſtuabat, nimio guajaci uſu elephanticos factos; alios a. cùm calidiori eſſent hepate, icterum

rum aliaque mala ſæviſſima ſibi ex nimio hujus & calidorum uſu peperiſſe.

Medicamenta in principio fortiter aperientia, quia ſic facinus materiam magis ruere ad hepar & locū affectum plùs afficimus. lædit etiam hepar nimius & diuturnus aperientium uſus.

Multùm viſcoſa & ſtyptica hîc vitanda ſunt, quia obſtructiones augent. nocent & valdè acida ac acetum.

Dulcia præbent obſtructiones & faciunt hepar intumeſcere, laxant etiam hepar. omnia a. laxantia tonum hepatis maxime cavenda ſunt.

Pinguia omnia nocent hepati diverſimodè & ſanguinem inficiunt. undè apud Trincavellum in Conſiliis certâ ratione annotatum eſſe legimus, quod lepra & elephas, qui univerſi corporis cancer dicitur, pervaſerit Germaniam & Gallias non ob aliam cauſam, quàm propter eſum frequentem butyri. ſi ergò butyri nimius uſus tantum malum inducit, multò magis pinguia reliqua hepar ac ſanguinem depravare poſſunt.

Hydra-

Digitized by Google

Hydrargyrus quamvis optimum luis venereæ alexipharmacum eſſe perhibeatur, compertum tamen ſæpiſſimè eſt, ipſum externè ſolum inunctum graviſſima ſymptomata, corpori introduxiſſe. internè autem non ſolum cerebrum, nervos, tendines, membranas, aliasque partes ſolidas diſſolvit, manibusq; ac pedibus tremorem infert, ſed & præcipuè hepar, ſanguinis officinam, offendit. hoc tandem experiuntur non tàm aurifices, quàm aurifabri, qui non in ſudore vultus, ſed ex & cum hydrargyro aurum inſano uſu fabricare contendunt; hos videmus incedere tremebundos & ferè omninò enervatos ac exſanguinoſos.

Nota.] Medicamenta hepatica tàm interna quàm externa cum tenuitate partium, aliquam roborandi vim ſemper habeant, qualia ſunt quæ adſtringunt & amara ſunt, ut abſynthium &c. in genere enim ad omnes principales partes, imprimis vitales adſtringentia quædam, ne tonus & robur membri

exſolvatur, requiruntur monente Sennerto *in Inſtitutionibus.* Quoad externa notet Medicus volens ordinare epithemata hepati, ne omittat modicum aceti vel camphoræ, ratione facilioris penetrationis.

SPLENETICA CALEFACIENTIA
Interna Simplicia.

FOlia.] ceterach ſeu ſcolopendrii veri, quod in ſplene curando omnibus prævalet; linguæ cervinæ, cochleariæ, tamariſci, cuſcutæ quæ efficaciſſima eſt in penetrando & incidendo, nec tamen facit apertionem per ſe ut amara. lupuli, ariſtolochiæ rotundæ, rutæ, naſturtii aquatici, centaurii min., ſcordii, calaminthæ, fumariæ, *de qua vid. Splenetica Frig. Interna.* hyperici, capillor. Veneris, fraxini, betonicæ, beccapungæ, chærefolii, galiopſidis, polytrichi, abſynthii, chamædrios & pleraq; ferè hepatica, cùm hæc duo membra magnam habeant ſympathiam & familiaritatem.

Flores.

Digitized by Google

Flores.] lupuli, viticis, geniſtæ, ſambuci, cichorii, anthos, chamæmeli, hyperici, fumariæ, hepaticæ.

Fructus.] cappares, amygdalæ amaræ, nuclei perſici, baccæ juniperi, lauri, cynosbati.

Semina.] fraxini, ammios veri, amomi veri, naſturtii, chærefolii, ſinapis, urticæ, paſtinacæ ſylveſtris, rutæ, viticis ſeu agni caſti, cymini, aniſi, geniſtæ, citri, cochleariæ, dictamni albi.

Aromata.] crocus, zedoäria, ſpica Indica, thymus herba, & epithymum, quod ſpecificum medicamentum eſt in purificando liene ac ſanguine melancholico. unde cum lien ſæpiſſimè ſe exoneret, aut per vias urinarias aut per hæmorrhoïdes; inquit Montagnana, ſæpius ſe vidiſſe, quod ſi detur ℥j. vel ℥ß aquæ decoctionis epithymi in potu ante prandium aut cænam, mingere faciat urinas nigras & melancholicas. cinnamomum, caryophylli, galanga, acorus.

Digitized by Google

HEPATICA CALEFACIENTIA
Externa Simplicia & Composita.

FOlia.] abſynthii, agrimoniæ, menthæ; centaurii min., chamæpityos.

Flores.] ſambuci, ſpicæ. & baccæ juniperi.

Gummi.] ammoniacũ, bdellium, juniperinum, camphora, myrrha.

Decocta.] abſynthii, hyſſopi, calaminthæ, fumariæ, radic. ficilis cum pauco aceto, Epithematis forma applicata cum ſacculo.

Olea.] abſynthii, nardini, juniperi, anethini, ſambuci, chamæmeli, macis, maſtichis, ſpicæ, caryophyllor., amygdalar. amararum, de capparibus, coſtinum, ſcorpionum Matthioli.

Unguenta.] de althæa ſ., nardinum, Martiatum, Aregon., de althæa compoſitum.

Emplaſtra.] de meliloto, diaphænici calidi, de baccis lauri, oxycroceum.

HEPA-

Digitized by Google

HEPATICA FRIGEFACIENTIA INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] acetoſæ, fragariæ, violariæ, aſparagi, hepaticæ ſeu lichenis, hepaticæ nobilis, cichorii, endiviæ & omnia cichoracea ac intybeacea, taraxaci, ſcariolæ, portulacæ, lactucæ, nymphææ, myrti, borraginis, bugloſſæ, & adiantum omne.

Flores.] roſarum, cichorii, violarum, bugloſſæ, balauſtiorum, hepaticæ albæ pratenſis, nobilis ſeu aureæ, nymphææ, papaveris rheados, acaciæ.

Fructus.] poma granata, citri, cydonia, aurantia, pyra, acacia, ceraſa, fraga, poma acida & dulcia, ribes, berberes, cucumeres, melones, tamarindi. paſſulæ minores & majores. pruna Hiſpanica. pineæ.

Semina.] quatuor frigida majora & minora. hordei, papaveris albi, violarum.

Ligna.] ſantalum omne, præſertim rubrum.

Radi-

Radices.] aſparagi, graminis, nymphææ utriusque, fragariæ, acetoſæ, taraxaci, cichori quod nec infrigidat ventriculum nec hepar calefacit, & nutrit v. hepar arefactum & obſtructiones aperit. plantaginis.

Gummi.] tragacantha, camphora. Et ſuccinum cum aq. roſar. præparatũ.

Terræ & lapides pretioſi.] bolus Armenus verus, terra ſigillata. corallia rubra & alba fragmenta quinque lapidum pretioſorum, margaritæ, mater perlarum.

Ab animalibus.] hepar lupi, raſura eboris, ſpodium, C. C., ſerum lactis caprini, vaccini. ſerum lactis cum emulſ. ſem. 4. frig. majorum.

HEPATICA FRIGEFACIENTIA INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] cichorii, acetoſæ, nymphææ, taraxaci, endiviæ, fragariæ, portulacæ & reliquarum herbarum refrigerantium prædictarum.

Spiri-

Spiritus.] vitrioli, ſulphuris acidus, ſalis.

Emulſiones.] ex ſem. 4. friq. majorum, portulacæ, cum aq. convenientibus factæ.

Decocta.] hordei cum julepo roſarum & ſucco citri. radic. cichorii, fragariæ cum paſſulis. cremor ptiſanæ cum 4. ſem. frig. majorum. vel ℞. rad. cichor. ℥ß. fol. endiv. cichor. à Mj. ſem. melon. endiv. à ʒij. paſſul. mundat. ℥j. Coq. in aq. hordei ſimpl. Colat. ℞. ℔j. adde ſyr. endiv. ſimpl. ℥ij. acetos. ſimpl. ℥jß. M. pro 3. vel 4. doſibus.

Succi liquidi & inſpiſſati.] cichorii, portulacæ, fragorum, ceraſor. nigrorum; endiviæ, acetoſæ, pomor. acidorum, granatorum, cydoniorum, ribium. berberum. ſuccus citri, acetum roſarum, rubi, tunicis. vinum cydoniorum.

Syrupi.] ex ſucco cichorii, endiviæ ſ. & comp. acetoſæ, acetoſellæ, acetoſus ſ. & comp., oxyſacch. ſ., oxymel ſ. & comp.,

comp., multiplicis infuſionis cichorii acetoſit. citri, ribium, berberum, de coralliis, acetoſus diarhodon, fragorum, rubi Idæi, de roſis ſiccis, julepus roſarum, violarum. ſyrupus de agreſta, cydoniorum, papaveris erratici, nymphææ, portulacæ.

Conſervæ.] nymphææ, cichorii. violarum, roſar. vitriolata, rubrarum, flor. acaciæ, acetoſæ.

Condita.] radic. cichorii, caulium lactucæ, lactucæ Hiſpanicæ, cydoniorum, ceraſorum.

Species ac Pulveres.] roſatæ novellæ, diatrion ſantalon, diamarg. frigidi, diarhodon abbatis, diaireos ſimplicis. Pulveres item chymici varii, tartarus vitriolatus, cryſtalli tartari & cremor. chalybs præparatus & omnia è chalybe & tartaro parata medicamenta. corallia alba ac rubra præp., lapis cryſtallus præparatus.

Rotulæ & Morſuli.] ex tinctura roſarum, papaveris rheados, ex ſucco citri,

Digitized by Google

citri,berberum,è cydoniorum carne ac ſucco. ſaccharum roſ. tabulatum, violatum, rotulæ manus Chriſti c. & ſine perlis. trochiſci de camphora,roſis,ſantalis,ſpodio.

HEPATICA FRIGEFACIENTIA EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] nymphææ, lactucæ,endiviæ, ſolani, plantaginis, portulacæ, fragariæ.

Flores.] roſarum rubrarum,balauſtiorum,nymphææ,utriusque, papaveris rheados. borraginis, bugloſſæ.

Ligna.] ſantalum rubrum, citrinum, album.

Gummi & Terræ.] bolus Armenus,terra ſigillata,camphora. ac lapides pretioſi.

Epithemata.] ex aq. portulacæ, nymphææ, acetoſæ, roſarum, cichorii, endiviæ, fragariæ, ceraſorum, item ex ſucco citri,cichorii,aceto roſarum,ſantalino cum camphora, additis ſpeciebus

bus diatrion ſantalon, diarhodon abba
tis, vel cordialibus temperatarum, tro
chiſcis de ſpodio.

Unguentum.] ſantalinum, refri
gerans Galeni, roſatum Meſuæ. Ve
℞. unguenti refrig. Gal., roſ. Meſuæ
℥ß. pulv. roſar. rubr., ſantali citrini
℈j. camphoræ gr. X. ol. roſar. parum
F. unguentum.

Empſaſtra.] cerotum ſantalinum
diaphænicon frigidum. Emplaſtrum de
ſucco cicutæ & mandragoræ cum am-
moniaco mirabilia præſtat in ſcirrho
hepatis ac lienis, *de quo vide Fabricium
in Obſervationibus Chirurgicis*.

Olea.] roſarum, cydoniorum, nym
phææ, violarum, omphacinum.

HEPATI NOCIVA.

POma ſeu mala omnia, præſertim
cruda comeſta, nocent hepati non
tantùm ſeroſis ſuis partibus, ſed & to-
tius ſubſtantiæ proprietate; dolores pa-
riunt pungitivos in latere dextro & ſi-
niſtro

niſtro circâ hepar ac lienem. Vndè ſtudioſè ſibi proſpicere deberent hypochondriaci & valetudinarii, ne ex horum eſu in deterius ruerent.

Frigida nimis omnia tàm internè quàm externè adhibita, hepar lædunt ejusque officium & ſanguificationem impediunt.

Nimis calida hepatis inflammationem introducunt & ſanguinem adurunt. Hiſtoriam notatu dignam habet Henricus ab Heer *in Obſervationibus*, dè Iuvene quodam cholerico, initiò ſolo urinæ ardore minimisq; in glande puſtulis laborante, qui cùm illecebris Empiricorum commotus, ad dies 40. continuos decoctum guajaci ſepties quotidiè potaſſet, ex tot calidis potionibus, hepate ferè cinerato, adeò perfectam incurrit lepram, ut leproſiorem per totam vitam, dictus Author viderit neminem. Sæpiùs etiam obſervatum eſt, melancholicos, quibus hepar æſtuabat, nimio guajaci uſu elephanticos factos; alios a. cùm calidiori eſſent hepate, icterum

rum aliaque mala ſæviſſima ſibi ex nimio hujus & calidorum uſu peperiſſe.

Medicamenta in principio fortiter aperientia, quia ſic facinus materiam magis ruere ad hepar & locũ affectum plùs afficimus. lædit etiam hepar nimius & diuturnus aperientium uſus.

Multùm viſcoſa & ſtyptica hîc vitanda ſunt, quia obſtructiones augent. nocent & valdè acida ac acetum.

Dulcia præbent obſtructiones & faciunt hepar intumeſcere, laxant etiam hepar. omnia a. laxantia tonum hepatis maxime cavenda ſunt.

Pinguia omnia nocent hepati diverſimodè & ſanguinem inficiunt. undè apud Trincavellum in Conſiliis certâ ratione annotatum eſſe legimus, quod lepra & elephas, qui univerſi corporis cancer dicitur, pervaſerit Germaniam & Gallias non ob aliam cauſam, quàm propter eſum frequentem butyri. ſi ergò butyri nimius uſus tantum malum inducit, multò magis pinguia reliqua hepar ac ſanguinem depravare poſſunt.

Hydra-

Digitized by Google

Hydrargyrus quamvis optimum luis venereæ alexipharmacum eſſe perhibeatur, compertum tamen ſæpiſſimè eſt, ipſum externè ſolum inunctum graviſſima ſymptomata, corpori introduxiſſe. internè autem non ſolum cerebrum, nervos, tendines, membranas, aliasque partes ſolidas diſſolvit, manibusq; ac pedibus tremorem infert, ſed & præcipuè hepar, ſanguinis officinam, offendit. hoc tandem experiuntur non tàm aurifices, quàm aurifabri, qui non in ſudore vultus, ſed ex & cum hydrargyro aurum inſano uſu fabricare contendunt; hos videmus incedere tremebundos & ferè omninò enervatos ac exſanguinoſos.

Nota.] Medicamenta hepatica tàm interna quàm externa cum tenuitate partium, aliquam roborandi vim ſemper habeant, qualia ſunt quæ adſtringunt & amara ſunt, ut abſynthium &c. in genere enim ad omnes principales partes, imprimis vitales adſtringentia quædam, ne tonus & robur membri

exſolvatur, requiruntur monente Sennerto *in Inſtitutionibus*. Quoad externa notet Medicus volens ordinare epithemata hepati, ne omittat modicum aceti vel camphoræ, ratione facilioris penetrationis.

SPLENETICA CALEFACIENTIA
INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] ceterach ſeu ſcolopendrii veri, quod in ſplene curando omnibus prævalet; linguæ cervinæ, cochleariæ, tamariſci, cuſcutæ quæ efficaciſſima eſt in penetrando & incidendo, nec tamen facit apertionem per ſe ut amara. lupuli, ariſtolochiæ rotundæ, rutæ, naſturtii aquatici, centaurii min., ſcordii, calaminthæ, fumariæ, *de qua vid. Splenetica Frig. Interna.* hyperici, capillor. Veneris, fraxini, betonicæ, beccapungæ, chærefolii, galiopſidis, polytrichi, abſynthii, chamædrios & pleraq; ferè hepatica, cùm hæc duo membra magnam habeant ſympathiam & familiaritatem.

Flores.

Digitized by Google

Flores.] lupuli, viticis, geniſtæ, ſambuci, cichorii, anthos, chamæmeli, hyperici, fumariæ, hepaticæ.

Fructus.] cappares, amygdalæ amaræ, nuclei perſici, baccæ juniperi, lauri, cynosbati.

Semina.] fraxini, ammios veri, amomi veri, naſturtii, chærefolii, ſinapis, urticæ, paſtinacæ ſylveſtris, rutæ, viticis ſeu agni caſti, cymini, aniſi, geniſtæ, citri, cochleariæ, dictamni albi.

Aromata.] crocus, zedoäria, ſpica Indica, thymus herba, & epithymum, quod ſpecificum medicamentum eſt in purificando liene ac ſanguine melancholico. unde cum lien ſæpiſſimè ſe exoneret, aut per vias urinarias aut per hæmorrhoïdes; inquit Montagnana, ſæpius ſe vidiſſe, quod ſi detur ℥j. vel ℥ß aquæ decoctionis epithymi in potu ante prandium aut cænam, mingere faciat urinas nigras & melancholicas. cinnamomum, caryophylli, galanga, acorus.

Digitized by Google

INTERNA SIMPLICIA.

Ligna.] fraxini, ſaſſafras, ſanctum, xyloäloës, Cortices radicis capparum, med. rad. fraxini, ſambuci, radic. geniſtæ, ebuli, cortices tamariſci.

Radices.] quinq; aperientium majorum & minorum, filicis quæ appropriata eſt, & peculiaris efficaciæ in affectibus lienis, ſcyllæ, cichorii, rhapontici veri, bugloſſæ, iridis flor., polypodii q., gentianæ, fraxini, aſari, bryoniæ, ſcorzoneræ, liquiritiæ, caryophyllatæ, raphani ruſtici, helenii, ariſtolochię rotundæ, valerianæ.

Gummi.] myrrha, olibanum, ammoniacum in aceto ſcyllitico diſſolutum valdè prodeſt, & ſuccinum.

Ab animalibus.] lien aſini præp. ad ʒj. pro doſi exhibitus. hædinus, hircinus, bubulus cum liquore conveniente datus. equinus, hepar lupi. ſemper tamen hîc de liene animalium obſervandum, ne morbo aliquo aut obſtructione laborans ſumatur.

SPLE-

Digitized by Google

SPLENETICA CALEFACIENTIA
INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] ſcolopendrii veri, cuſcutæ, zedoâriæ, meliſſæ compoſita, aqua ſcorbutica & ſpleneti-ca Sennerti, Quercetani, Dorncreilii. tamariſci, beccapungæ, lupulorum, capillor. Veneris, chamædryos, naſturtii aquatici, cochleariæ, fumariæ, betonicæ, ex hepate lupi.

Spiritus.] vini tartariſatus, centaurii min., vitrioli, vitrioli Martis, ſalis, tartari ſimplex & compoſitus ſeu miſtura ſimplex. naſturtii, è baccis ſambuci, cochleariæ, qui, ut alii ex aliis plantis pleriſque, per fermentationem ac deſtillationem artificioſè paratur, ita ut plantæ odorem & ſaporem referat, & ut ſpiritus vini flammam concipiat, abſynthii, ligni guajaci, juniperi è baccis, naſturti. aquatici.

Tincturæ.] Martis, ſuccini, elixir proprietatis.

Extracta.] ſplenis bovis, ſpleneticum Crollii, Quercetani, abſynthii,

 ſcolo-

ſcolopendrii, linguæ cervinæ, gentianæ, ex cort. fraxini, helenii, veronicæ, ſcordii, fumariæ, polypodii.

Eſſentiæ.] abſynthii, cochleariæ, epithymi, chamædryos, fumariæ, cuſcutæ, capparum, ſcolopendrii veri, carduibenedicti.

Decocta.] aperiens majus & minus. flor. chamæm. & hyperici, veronicæ in vino generoſo. radicum vel ligni tamariſci decoctum efficaciſſimum eſt. addi poſſunt alia ſplenetica. vel ℞. radic. filicis ℥j. cuſcutæ ʒij. Coq. in vini potentis ℥viiij. ad tertias. colatura propinetur, eſt arcanum Foreſti, ſæpiſſimè approbatum. arcana etiam medicina eſt in hepaticis & ſpleneticis affectibus decoctum chamædryos. decoctum epithymi Meſuæ. Senæ Gereonis.

Vina medicata & cereviſiæ.] linguæ cervinæ, caryophyllatæ, roriſmarini, veronicæ, chamædryos, abſynthii, tamariſci. vinum chalybeatum Hartmanni. vel ℞. ſcolopendrii veri

Mij. hyſſopi, chamædryos, rorismar., centaur. min. à Mj. cortic. tamariſci, ligni ſaſſafras à ʒij. cortic. citri ℥ß. cinnam. macis caryophyllor. à ℥ij. indantur ſacculo & affundantur vini Rhenani menſuræ duæ.

Succi.] allii ſylveſtris cum decocto ſplenetico. cochleariæ, chelidonii min. naſturtii aquatici, fumariæ, beccapungæ, abſynthii, veronicæ, chamædryos, acetum ſcylliticum.

Syrupi.] de ſcolopendrio Fernelii, adiantinus, de epithymo, cochleariæ compoſitus Hamburgenſium, cochleariæ ex ſucco, fumariæ, de pomis, byzantinus ſ. & comp., è quinque & duabus radicibus, oxymelitis genera, oxyſaccharum ſcylliticum, ſyr. capillor. Veneris, de betonica, eupatorio.

Conſervæ.] cochleariæ, ſcolopendrii, linguæ cervinæ, flor. geniſtæ, fumariæ, veronicæ, chamædryos, chamæpityos. Et conditum radicis helenii, pimpinellæ, cichorii.

INTERNA COMPOSITA.

Electuaria & Antidota.] theriaca, mithridatium cum decocto vel aq. ſtillatitia bugloſſæ. Electuar. Solenandri, de ſcoria ferri Rhaſis, de limatura chalybis Auguſtanorum, de baccis lauri. vel ℞. conſervæ borrag. cichor. flor. geniſtæ à ℥j. cond. rad. helenii, cortic. citri à ℥ß. pulv. cortic. tamariſci, cinnam. à ʒj. ſpicæ ʒß. cum ſyrup. borrag. q.ſ. F. Electuarium, cui addi poteſt chalybis præp. ℥ß. M.

Species ac pulveres.] diacymini. diacapparum, diapraſſii, lætificantis Rhaſis, Galeni, diacalamynthæ, arom. roſati Gabr., diacurcumæ, dialaccæ, diacoſtu, de gemmis calidi, diamoſchi dulcis. pulvis diacapparum Hollerii, cachecticus Sennerti, Hartmanni. Et pulveres Chymici varii; tartarus vitriolatus & omnia è tartaro ac chalybe parata medicamenta, de quibus vide in Hepaticis. omnes enim lienes obſtructi feliciſſimè curantur chalybeatis. ſpiritus vitrioli coägulatus. Huc refertur etiam

etiam ſal geniſtæ, cichorii, centaur. min. hyperici, marrubii, ſambuci, polypodii, q., carduibenedicti, chærefolii, fraxini, rutæ, ſuccini volatile. & fecula bryoniæ ac aronis.

Trochiſci.] de ſcolopendrio Sennerti calidi, cappari bus, abſynthio, eupatorio, dialaccæ maj. Meſuæ, diacurcumæ. trochiſci ſcyllitici.

SPLENETICA CALEFACIENTIA EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] rutæ, origani, hyſſopi, calaminthæ, abrotani, ariſtolochiæ rotundæ, chamæpityos, cuſcutæ, menthæ, ſabinæ, ſaturejæ, verbenæ.

Flores.] chamæmeli Romani, geniſtæ, hyperici, lupuli, ſambuci, & crocus.

Gummi.] ammoniacum, bdellium, galbanum, myrrha, terebinthina, olibanum.

Ab animalibus.] adeps anſerum, gallinarum. pinguedo humana.

Succi.] bryoniæ, flor. ſambuci, nicotianæ, acetum, acetum ſcylliticum.

Fomenta.] ex decocto flor. geniſtæ, rutæ, tamariſci. cort. rad. cappar. fol. calaminthæ, urticæ, naſturtii aquatici, calaminthæ, flor. chamæm., meliloti, ſem. viticis, rutæ, cymini, anethi, baccis lauri, juniperi.

Olea.] de capparibus, nardinum, irinum, lil. alborum, cheiri, rutæ, amygdal. amararum, laurinum, ſambuci, abſynthii, nucleor. perſicorum, ſcorpionum.

Vnguenta.] dialthææ, Martiatum, deartanit, Agrippæ, Aregon., ex ammoniaco in aceto diſſoluto. ſpleneticum. vel: ℞. unguenti dialth., ſucci, ſummit. ſambuci à ℥j. ol. de capparib. ℥ß. ceræ parum F. unguentum.

Emplaſtra ac Cataplaſmata.] de meliloto, diachylum ireatum, diachylum ſimplex, emolliens Foreſti, diaſulphuris Rulandi, Spleneticum Sennerti, Aquæpendentis. vel ℞. radic. althææ,

Digitized by Google

thææ, cortic. rad. cappar. tamariſci à ℥ß. ſcolopendr. marrubii, chamæpityos, rutæ à Mj. flor. geniſtæ, chamæm., ſambuci à Mß. Coq. in aqua & aceto cum ſpongia vel linteo fomenti loco applicetur, aut F. Cataplaſma. vel ℞. flor. geniſtæ Miij. Coq. in vaſe clauſo & contundantur, adde ung. dialth. ℥iij. ammoniaci aceto diſſol. ℥ß. M. F. Cataplaſma.

Balnea.] ex fol. & rad. malvæ, althææ, brancæ urſinæ, beccapungæ, artemiſiæ, flor. meliloti, chamæm., beton., abſynthii, gran. juniperi, lauri, ſem. lini, fænugræci, tartaro crudo.

SPLENETICA FRIGEFACIENTIA
Interna Simplicia.

Folia.] cichoracea omnia & intybacea, linguæ cervinæ, ceterach ſeu ſcolopendrii veri, capill. Veneris, & adiantum omne. fumariæ; quamvis enim quidam calidam hanc eſſe velint, opponitur tamen illis multorum & Montani experi-

experientia, quando fumariam plurima ſua qua pollet aquoſitate humectare ac refrigerare ſtatuunt. rectè itaque dicitur abluere melancholicos humores ac conferre ſuccis aduſtis. Quare ego conſulo, inquit Montanus, ut quoties refrigerare, humectare & abſtergere volueris, ſumas fumum terræ; non autem quando intentio occurrit calefaciendi & exſiccandi, acetoſæ, portulacæ, ſalicis, lactucæ, fragariæ, ſedi minoris.

Flores.] cichorii, nymphææ, violar. purpur., borraginis, bugloſſæ, hepaticæ, ſambuci.

Fructus.] cydonia, pyra, poma fragantia, mora, ribes, berberes, mala citria, aurantia, perſica.

Semina.] 4. frig. majora & minora. viticis, plantaginis, cichorii, lupinorum, cicerum.

Ligna.] ſantalum rubrum, citrinum, album, & cortices radic. ſalicis.

Radices.] taraxaci, cichorii, acetoſæ, polypodii q., liquiritię, fragarię, chinæ, bugloſſæ, graminis, oxylapathi.

Ab

Digitized by Google

Ab animalibus.] ſerum lactis præſertim caprini cum ſucco cichorii & fumariæ. ſpodium. C. C. philoſoph. cum aq. fumar. præparatum.

SPLENETICA FRIGEFACIENTIA
INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] fumariæ, cichorii, capillor. Ven., portulacæ, fragariæ, acetoſæ, lactucæ. Splenetica frigida.

Succi.] acetum ſcolopendrii, linguæ cervinæ, ſuccus citri, aurantiorum, portulacæ, fumariæ. Vinum Rhenanum cum flor. & rad. bugloſſæ.

Decocta.] infuſum ſeri lactis Auguſtanorum, decoctū fumariæ Meſuæ, capillorum Veneris Meſuæ, flor. & fructuum.

Syrupi.] ex ſucco fumariæ, violarum, oxyſacch. ſimplex, oxymel ſimplex & compoſ., ſyr. granatorum, acetoſit. citri, de coralliis, portulacæ, papaveris ſimplex & rheados, nymphææ.

Conſer-

INTERNA COMPOSITA.

Conſervæ.] fumariæ, bugloſſæ, borraginis, violarum, capillor. Veneris, linguæ cervinæ, acetoſæ, cichorii.

Species ac Pulveres.] diatrion ſantalon, diaireos ſimplicis, diarhod. abbatis, diamarg. frigidi, cryſtalli tartari, acidum tartari, & omnia medicamenta è tartaro ac chalybe parata. ſpiritus vitrioli coagulatus.

Trochiſci.] de ſcolopendrio Sennerti frigidi, de ſantalis, ſpodio, de berberibus, charabe, de agno caſto.

SPLENETICA FRIGEFACIENTIA EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] hyoſcyami albi, cicutæ, ſalicis, plantaginis, nymphææ.

Radices.] althææ, mandragoræ.

Ab animalibus.] adeps gallinarum, anſerinus.

Olea.] lilior, albor., roſarum, nymphææ, flor. ſambuci, irinum.

Epithemata ac Cataplasmata.] ex oleo roſarum & aceto mixtis. vel

folia

folia hyoſcyami in aceto & oleo de capparibus cocta ac impoſita. item: ℞. farinæ hordei. fabar. pulv. roſar. rubr., chamæm., abſynthii à ℥ß. cum ol. roſar. & exiguo croci F. Cataplasma. addito ſucco portulacæ. Emplaſtrum ex ſucco cicutæ & mandragoræ vide in hepaticis frigefacientibus externis.

SPLENI NOCIVA.

OMnia quæ melancholiam augent, craſſum ſuccum generant, & obſtructiones ac flatus pariunt, Spleni apprime nocent.

Braſſica præſertim muriâ condita, poteſt vel ſola, dicente Platero, melancholicum ſuccum & ipſius effectus ac ſymptomata, ob nitroſitatem & partium terrenarum copiam, fovere.

Frixa nimis omnia, farcimina, & quæ parantur ex ſanguine animalium. carnes omnes ſalitæ & fumo induratæ.

Valdè relaxantia & adſtringentia, item quæ multum calefaciunt & ſanguinem adurunt.

Dulcia per ſe ſpleni nocent, quia ab his intumeſcit; ſed aliis addita pro vehiculo ſunt. hinc regula Practica eſt: Spleneticis acria & amara proſunt, dulcia nocent. nam quæ aliquam acerbitatem & adſtrictionem habent, non ſolùm penetrant & incidunt ſed & ſplenem corroborant.

Quamvis a. ſplen acidis gaudeat, & juxtâ Avicennæ monitum, acetũ omnia medicamenta ingredi debeat in curatione affectuum ſplenis. quia tamen humor melancholicus à nimio acore fermentationem, accipit, tumor lienis augetur & multi melancholici morbi proveniunt, acetum parciùs & tantum pro vehiculo uſurpandum. Maximoperè verò lienoſis & melancholiæ hypochondriacæ proſunt acidulæ, ſicuti ipſis nocent omnes thermæ.

Errant credentes Medici, inquit Sanctorius *de Medicinæ Erroribus*, ſpleni ſectioné ſalvatellæ prodeſſe magis, quàm ſectio venæ inter indicem & pollicem; quia venæ irrigantes manus à commu-

ni ſeu

Digitized by Google

ni ſeu mediana vena ut plurimum exoriuntur. quamvis n. inter quamplurimos homines vix duos æquali correſpondentique venarum in ramos diſtributione invenire liceat, cùm in ſingulis variæ ſint venarum diſtributiones, hæ tamen omnes ut plurimùm ab una mediana oriuntur. Præterea Salvatella à ſplene non dependet, E. ſi quæ utilitas ab hujus ſectione ſpleni accedit, eſt ea quia jecur ſublevatur ab illa evacuatione, quo adjuto facilè omnia viſcera hauriunt emolumentum.

Nota curandi ſplenem perfectiſſima methodus fit per hæmorrhoides, quemadmodum doctiſſimè monſtrat idem Sanctorius *in libro ſuo de Medicinæ Erroribus*.

RENES CALEFACIENTIA
Seu diuretica calida, & Calculum frangentia

INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] adianti nigri ſ. capillor. Veneris, albi ſ. rutæ murariæ, aurei ſ. poly-

Seu diuretica calida, & Calculum frangentia

INTERNA SIMPLICIA.

polytrichi aurei. ceterach, veronicæ, chærefolii, artemiſiæ. ſaxifragiæ albæ, betonicæ, abrotani, abſynthii, chamæpityos, ſcordii, ſabinæ, ſalviæ, rorismarini, calaminthæ, menthæ, rutæ, eupatorii, utricæ, filipendulæ, leviſtici, eryngii, petroſelini, hederæ terreſtris, parietariæ, naſturtii, matricariæ, quæ in affectibus renum eſt præſtantiſſima; eſt n. ad educendam urinam, calculum & alias impuritates medicamentum ſecretum, poteſtatem habens ſuper omnia alia, teſte Montagnana. ononidis ſ. reſtæ bovis, ſerpilli, thymi, hyſſopi, virgæ aureæ ſ. ſolidaginis, peucedani, chamæmeli Romani, galegæ, ſaturejæ, praſſii, chamædryos, origani.

Flores.] geniſtæ, ſpicæ, lavendulæ, chamæmeli, betonicæ, anthos, ſambuci, violarum. flavedo a. in floribus violar. purpur. ſecretum eſt. hypericis, helenii.

Fructus.] baccæ juniperi, hederæ, alke-

Seu diuretica calida, & Calculum frangentia

INTERNA SIMPLICIA.

alkekengi, amygdalæ amaræ, mala aurantia, cynosbati, paſſulæ minores, caricæ, nux Indica non condita, nuces juglandes, amygdalæ dulces.

Semina.] quatuor calida majora & minora. ſinapis, napi, naſturtii, petroſelini, rutæ, urticæ, cicerum rubror., ſeſelios, chærefolii, anethi, milii, milii ſolîs, ſaxifragiæ, pæoniæ, nuclei ceraſorú, perſicorum, cochleariæ, botryos, geniſtæ, pimpinellæ, raphani, ſaturejæ, thymi, violar. purp., lini, fabarum.

Aromata.] ferè omnia. caſſia lignea & fiſtularis, ſpica Indica, caryophylli, piper omne, maces, cinnamomum &c. crocus.

Ligna.] ſanctum, nephriticum, ſaſſafras, fraxini, tamariſci. Et cortices citri, aurantiorum, baccar. lauri.

Radices.] quinque aperientes majores & minores, ononidis præſertim, ſaxifragiæ, filipendulæ, pimpinellæ, bardanæ,

danæ, aſari, liquiritiæ, ſatyrii, valerianæ, pæoniæ, ſcordii, ariſtolochiæ rotundæ, raphani rotundi & ruſtici, porri, quinque folii, althææ, graminis, helenii, gentianæ, leviſtici, polypodii q., cyllæ, vincetoxici.

Gummi.] terebinthina, myrrha, maſtiche, ammoniacum, olibanum. Et ſuccinum, ambra.

Mineralia & lapides.] judaicus, nephriticus qui tàm interne quàm externe adhibitus mirabilia præſtat, ut paucis dicam. ſpongiæ, lyncis, tartari medicamenta omnia.

Ab animalibus.] lapides percarum, oculi cancri, lumbrici terreſtres præparati, aſelli præparati lotii difficultates egregiè ſolvunt, ſi in vino albo vel malvatico intriti hauriantur vel eorundem pulvis ita exhibeatur. *aſellorum a. præparationem vide in Praxi Sennerti lib. 3. pag. 849.* teſtæ ovorum ex quibus pulli exclu-

excluſi. mumia, coagulum leporis, teſticuli gallorum, mandibulæ lucii, lapides in veſica apri vel bovis reperti, h. n. magnam in conſumendo calculo efficaciam habent dicente Quercetano. ſanguis leporis, hirci, vulpinus præſertim calculoſis confert calculi ab homine excreti & ſ. a. præpati mirabilem efficaciam habent.

RENES CALEFACIENTIA
Seu diuretica calida & Calculum frangentia
INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] ononidis, ſaxifragiæ, petroſelini, hederæ, terreſtris per B., hyperici, ſcolopendrii veri, abrotani, alkekengi, chærefolii per B., artemiſiæ, matricariæ per B., flor. ſambuci. aqua nephritica ex nucleis perſicorum &c. vino malvatico deſtillata. aqua nephritica ex nucleis diverſis, aqua contrà calculum D. Sennerti,

Herc.

Seu diuretica calida, & Calculum frangentia

INTERNA COMPOSITA.

Herc. Saxoniæ. vel ℞. ſucci parietar. ℔ij. ſucci raphani ℔jſs. nucleor. perſicor. ℔j. limonum mundatorum ac incis. No. 10. M. in vaſe obturato. ad vaporem bal. Mariæ. poſt horas 24. deſtillentur per eundem B. doſis ℥v.

Spiritus.] ſalis, terebinthinæ, à baccis ſambuci, juniperi, fragorum, ceraſorum, vitrioli, abſynthii, chamæmeli, matricariæ, hederæ terreſtris, ſalis compoſitus.

Olea.] aurantiorum, lapillor. cancri, chamæmeli Romani, cinnamomi, juniperi, ſuccini, lavendulæ, macis, piperis, roriſmarini, ſerpilli, amygdalar. amararum & dulcium, nucleor. perſicorum, ceraſorum, nucis moſch. per expreſſionem.

Tincturæ.] ſuccini, elixir proprietatis, balſamus ſulphuris.

Extracta.] veronicæ, hederæ terreſtris, eryngii, helenii, liquiritiæ, pæonię,

cete-

Digitized by Google

ceterach, juniperi, ſabinæ, linguæ cerevinæ, centaur. min., fæniculi.

Decocta.] jus cicer. rubrorum cum aſellis præp. vide in Senn. praxi libr. 3. pag. 848. liquiritiæ & ſebeſten. ligni nephritici ad ℥v. pro doſi, radicis fænic. aſparagi. liquiritiæ, capillor. Ven., origani, pulegii in aq. mulſa vel oxymelite ſcyllitico. vel ℞. juris cicer. rubror. ℥iij. ſucci limon. ℥j. ſanguinis hirci, herbis ſaxifragis per menſem nutriti, myrrhæ electæ à ʒß. M. pro potu, *eſt Prevotii in Euporiſtis*. vel Cratonis ſeq: ℞. rad. althææ ʒij. paſſul. maj. excort. ʒiij. veronicæ, hederæ terreſtris à p. j. Coq. in ſ. q. aq. ſ. detur hauſtus cum ſaccharo. Vel ℞. juris cicer. rubror. ℥9. vel 10. millepedum præp. ʒj. ad ſummum ℈iij. aquæ vitæ ℥ß. M. capiat æger calidum, horis quinque antè prandium. hujus effectum admirandum in calculo expellendo vide apud Baricellum p. mihi 211. & ſeq.

Emul-

Seu diuretica calida, & Calculum frangentia

INTERNA COMPOSITA.

Emulſiones.] ex nucleis perſicorum, ceraſorum, amygdalar. amar. & dulc., citri c. aq. parietar. & malvæ factæ. additis pulveribus convenientibus & ſyrupis.

Succi.] raphani, veronicæ, hederæ terreſtris, acetum ſcylliticum, citri, aurantiorum acidorum. Vel ℞. ſalis tartari albi ℥j. affunde aq. petroſelini ℔j. M. & per chartam bibulam coletur. ac liquori color croceus corticibus aurantiorum concilietur. eſt liquor nephriticus celeberrimus. cynosbati inſpiſſatus.

Vina medicata & Cereviſiæ.] ex marrubio, veronica, hedera terreſtri, lingua cervina, ceterach, abſynthio, chamædryos &c. vino malvatico præſertim ſuperfuſo. item reponantur rotulæ raphani decem vel plures in vino per noctem, manè vinum bibatur jejuno ſtomacho, per aliquot dies, & lapis

certo

Digitized by Google

certo experimento hoc expellitur & conteritur.

Syrupi.] adiantinus Fernelli, byzantinus, capillor. Ven. cum aq. parietaria exhibitus, de 2. & 5. radicibus, raphano Fernelii, dialthææ ejusdem, oxymelitis genera. oxymel n. ad ducendam urinam & frangendum calculũ, expertum eſt remediũ, oxymel diureticum, ſyr. betonicæ, veronicæ, hederæ terreſtris. Syrupus ex ſucco parietariæ & ex ſucco liquiritiæ cum 4. gutt. ſpiritus terebinthinæ exhibitus ſemel in menſe tantum, ſummũ eſt remedium ad extirpandũ calculum. poteſt addi decoctum radic. althææ. non minoris eſt efficaciæ ſeq: ℞. ſucci veronicæ ℔ß. ſucci hederæ terreſtris ℥iij. portulacæ ℥jß. ſucci percolati conſiant in ſyrupũ cum ſaccharo. Syrupus ex cort. aurantiorum. flor. chamæmeli, hyperici, matricariæ, artemiſiæ, liquiritiæ, ſcolopendrii Fernelii.

Seu diuretica calida & Calculum frangentia

INTERNA COMPOSITA.

Conſervæ.] hederæ terreſtris, veronicæ, capillor. Ven., chamædryos, cynosbati ex fr., linguæ cervinæ, pimpinellæ, rad. eryngii, helenii, antos, betonicæ.

Electuaria.] diureticum Montagnanæ, diaſatyrion, lithonthrypticum Fernelii, juſtinum. theriaca, de qua Montagnana experientia, inquit, certe ſcio, quod ſi nephritici & circa veſicam dolentes, utantur theriaca Andromachi, curabuntur poſt breve tempus. theriaca n. talis confert doloribus & ægritudinibus renum à plurimis cauſis provenientibus. doſis ℨj. vel ℨß. in potu juſculi cicer. rubrorum.

Species ac Pulveres.] lithonthryptici, aromatici caryophyllati, dianiſi, diacalaminthæ, diacinnamomi, dianthos. pulvis contra calculum Herc. Saxoniæ, aut alii ex ocul. cancri, ſem. raphani. ſaxifragiæ, violarum, oſſibus perca-

percarum, mandibulis lucii, nucleis meſpil., ſuccino albo &c. cum decocto liquiritiæ, cicerum rubrorum & malvæ exhibiti. pulveres item Chymici varii, & è tartaro parata medicamenta, imprimis a. tartarus vitriolatus magiſterium lapid. nephritici, judaici, ocul. cancri; ſal reſte bovis ſ. ononidis, juniperi, chamomillæ, ſuccini, abrotani, centaurii min., chærefolii, hyperici, althææ, petroſelini, ſtraminis fabarum, urticæ, fraxini, geniſtæ, ſambuci.

Trochiſci.] ex ſucco, ſyrupo & pulvere veronicæ parati.

RENES CALEFACIENTIA
Seu diuretica calida & calculum frangentia
EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] herbarum in Internis enumeratarum, ſicuti & reliquorum.

Ab animalibus.] pinguedo gallinæ, anſeris, butyrũ majale non ſalitum.

RENES CALEFACIENTIA

Seu diuretica calida & Calculum frangentia

EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSTIA.

Amuleta.] lapis nephriticus collo vel brachiis in armillis appenſus, (imprimis ſi arterias attingat) aut renibus dolentibus alligatus, miranda efficacia calculos comminuit & cum urina expellit. quod & præſtat lignũ nephriticum verum. His tamen duobus, ſi qui uti voluerint, priùs debent mundare corpus & ab excrementitiis humoribus evacuare, aliàs ſecum hos ad renes rapiunt, & locum affectum magis aggravant.

Olea.] ſcorpionum 1. & Matthioli, amygdalar. dulc. & amar., violarum, lilior. alborum, nardinum, coſtinum, menthæ, nuc. moſchatæ per expreſs., de formicis.

Unguenta.] Martiatum, Agrippæ, Aregon., dialthææ, aut quod fit ex florib. geniſtæ cum oleo chamom., vel ℞. ung. dialthææ, ol. ſcorpion. amygdal. amar. à ℥j. terebinth., butyri rec. à ℥ß.

croci

croci ℈j. M. F. unguentum. vel ℞. ol. lilior. albor., violar. à ℥j. ol. ſcorpion. unguenti dialth., terebinth. à ℥ß ceræ q. ſ. M. F. linim. quo pubes, perinæum & ſcrotum ungatur. addantur mucilag. ſem. althææ, lini, fænugræci &c.

Emplaſtra.] diachylon. ſ. c. ol. ſcorpion., oxycroceum, meliloti. item Cataplasma Cratonis ex cancris. ex parietaria. item excepis & aliis.

Fomenta.] ex decocto rad. althææ, malvæ, violar., parietarię, chamæm. meliloto, anetho, ſem. lini, fænugræci &c.

Balnea.] ex althæa, malva, parietaria, chærefol. apio, petroſelino, chamæm. betonica, veron., menthæ, bacc. junip., ſtramine fabarum, avenæ &c. balneum n. præcipuum remedium eſt ad commovendum calculum & dolores leniendos, ſi præſertim ante ingreſſum aliquid de nephriticis exhibitum fuerit.

Injectio etiam utiliter fiet in penem cum oleo ſcorpionum, quod ad urinam & calculum promovendum plurimùm prodeſt; dilatat enim vias. tunc a. æger ſcamno inſidere genuaque dilatare debet, ut ita facilior pateat exitus & dilatatio fiat majora.

Clyſteres & Purgantia quæ hîc conveniunt vide in Appendice. Notandum a. in genere, quod in doloribus calculi ſeu paroxiſmi tempore potiùs utendũ ſit clyſteribus, quàm purgantibus per os datis. in hoc tamen affectu clyſterum quantitas debet eſſe minor ſolitis.

RENES FRIGEFACIENTIA
& diuretica frigida ſeu calculum frangentia

INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] acetoſæ, adianti, portulacæ, cichorii, graminis, plantaginis, parietariæ, malvæ, ſalicis, labri Veneris.

neris, burſæ paſtoris, jaceæ vel herbæ Trinitatis, intybi, lactucæ, hepaticæ, ceterach.

Flores.] nymphææ, violarum, roſarum, cichorii, hepaticæ, fabarum, geniſtæ, malvæ.

Fructus.] fraga, cydonia, limones, aurantia, rubi Idæi, paſſulæ, ſebeſten, cucumeres, cucurbitæ.

Semina.] 4. frig. majorum & minorum, hordei, papaveris albi, avenæ, oryzæ, cydoniorum, pſyllii, malvæ, acetoſæ, cichorii, coriandri præp., fabarum, plantaginis, violarum purpurearum quod in calculo frangendo & urina cienda admirandæ eſt efficaciæ.

Ligna.] ſantalum omne. & cortices ſalicis. lignum nephriticum.

Radices.] althææ, malvæ, liquiritiæ, polypodii, graminis, arnogloſſæ, acetoſæ, cichorii, fragariæ, nymphææ; licet n. hæc frigida ſit, ex effectu tamen

 pro

probatum eſt, *inquit Schyronius*, hanc non modo calculos renum, ſed etiam veſicæ ampliores excutere.

Gummi & Terræ.] camphora, tragacantha, Arabicum. terra ſigillata. bolus armenus. lapis cryſtallus non tantùm calculos renum ac veſicæ proprietate quadam ſingulari rumpit & expellit, ſed lienis etiam obſtructioni prodeſt. lapis nephriticus. corallia alba & rubra.

Ab animalibus.] lac ovinum, hujus n. comeſtioni nulla medicina compar eſt in debilitate renum. cui ſuccedit lac caprinum. ſerum lactis caprini cum ſaccharo. albumen ovi. ſpodium, raſura eboris. oculi cancri, mandibulæ lucii, lapides percarum, teſtæ ovorum, &c.

RENES FRIGEFACIENTIA & diuretica frigida ſeu calculum frangentia

Interna Composita.

AQuæ deſtillatæ.] fragorum ſ. vino, violar. ex toto, hordei, portulacæ, nymphææ per B., roſarum, plantaginis, lactucæ, ſolani, cydoniorum, acetoſæ, linguę cervinę, parietarię, equiſeti.

Emulſiones.] ex ſem. 4. frig. maj. & min., amygdalis. dulc., & papaveris albi ſemine, cum aq. conv. factæ additis pulveribus debitis & julepo roſarum vel violarum.

Decocta.] hordei cum liquiritia vel cum ſem. 4. frig. & papaveris. radidicis graminis. juſcula item avenæ, oryzæ cum lacte. cremor ptiſanæ.

Succi.] citri maximam vim habet, granatorum, cydoniorum, fragorum, ribium, berberum. portulacæ ſuccus exhibitus tametſi perſpicua ſua refrigerandi facultata ac inſpiſſandi vi polleat, ex ſaporis tamen aciditate quilibet in-

veniet eum incidendi facultate calculos frangere ab experientia Schyronii. acetum roſarum, vinum cydoniorum.

Syrupi.] portulacæ, de halicacabo, violarum, acetoſitatis citri, papaveris albi & rheados, cydoniorum, nymphæ, fragorum, liquiritiæ, acetoſæ. julepus roſarum.

Conſervæ.] portulacæ, nymphææ, acaciæ, violarum, roſarum. Conditum carnis cydoniorum, citri.

Electuaria.] diaſpermaton Fernelii. theriaca rec., philonium & laudanum opiatum proſunt quidem, ſed magnâ cautione adhibitâ.

Species ac Pulveres.] diatrion ſantalon, diarhodon abbatis, diamarg. fr., diatrag. frigidi. vel ℞. ſem. agni caſti, coriandri præp. à ℨij. portulacæ, plantag. rutæ, folior. menthæ à ℨj. ſuccini, corallor. rubr. præp. à ℨß. maſtichis ℈ij. ſpec. diatrag. frigidi ℨij. ſacch. roſ. tabula-

bulati ad pondus omn. M. F. pulvis ad gonorrhæam utiliſſimus. doſis ʒj. Pulveres Chymici varii, lapis prunellæ, tartarus vitriolatus, acidum tartari & cryſtalli ejusdem. lapides cryſtalli prep., corallia. pulvis item ad calculum Auguſtanorum.

Trochiſci.] de carabe, ſpodio, halicacabo, agno caſto, terra ſigillata, Gordonii qui renum ulcus mundant, dolorem ſedant, urinæ ardorem mitigant ſimulque conglutinant. Vel ℞. ſucc. inſpiſs. portulacæ ʒj. gummi Arab. ʒß. F. pilulæ antè cænam. ſunt Cratonis, & poſſunt etiam uſurpari cum fructu in gonorrhæa, præmiſſis præmittendis.

RENES FRIGEFACIENTIA
EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] ſalicis, portulacæ, lactucæ, endiviæ, ſempervivi, vitis, nymphææ recentia circa renum regionem geſtata.

Gum-

Digitized by Google

RENES FRIGEFACIENTIA & diuretica frigida ſeu calculum frangentia.

EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

Gummi.] camphora, & ſuccinum.

Mineralia.] plumbum, & corallia rubra in brachiis geſtata renum vitia commodè emendant. ſaccharũ ſaturni.

Epithemata.] ex aquis deſtillatis aut ſuccis expreſſis nymphææ, ſempervivi, lactucæ, portulacæ, roſarum, cucurbitæ, plantaginis. vel ℞. aq. roſar. ℥iiij. lactuc. plantag. nymph. è ℥ij. aceti roſar. ℥jß. ol. roſar. ℥ij. ſantali rubri ℥j. M. pro epithemate. mucilago ſem. pſyllii, cydonior., acetum roſar. c. camphoræ modico.

Olea.] roſarum, nymphææ, violarum, additis ſuccis refrigerantibus, & ſaccharo Saturni.

Unguenta.] roſatum Meſuæ, infrigidans Galeni, ejusdem correctum Hollerii de Febr., vel ℞. mulcilag. ſem. pſylli c. aq. roſar. extract. ℥j. ung. refrig. Galeni, roſati Meſuæ à ʒvj. ſacch. ſaturni ℈ij. M. adde camphoræ gr. iij.

Digitized by Google

gr. iij. & ceræ parum F. linimentum. ung. vel Emplaſtrum ſantalinum.

Nota.] non omnia renes frigefacientia ſunt diuretica, multo minus calculum frangentia. iis tamen annexa ſunt propter diverſum conſiderandi modum, cum non unus ſed diverſi morbi ac ſymptomata hîc comprehendantur.

RENIBVS & VESICÆ NOCIVA.

HYoſcyamus, cicuta & mandragora tutò quidem applicari poſſunt cum aliis medicamentis in morbis externis ad refrigerandum. ſed cavendũ, *inquit Pigræus*, ne teſticulis ac genitalibus, partibus imponantur; quia ſua frigiditate generandi facultatem imminuunt aut penitus tollunt. nocent etiam tunc ſimul capiti; maximam enim communionem habent genitalia cum capite. Lactucæ frequentior uſus calorem nativum & ſeminis copiam minuit, Veneremque hoc modo adimit ac ſterilitatem inducit. Succum ex ea expreſ-

Digitized by Google

expreſſum duarum unciarum ponderè potum, reliquorum frigidorum venenorum more, interimere perhibent referente Sennerto.

Semen apii, de quo vide Capiti Nociva pag. 19.

Radices cucumeris aſinini validiſſimè quidem urinam movent, abſtinendum tamen ab iis eſt in urinæ provocatione, monente Montano. Radix ſatyrii, quamvis ad Venerem excitandam ſæpiſſimè adhibeatur, errant tamen qui eam temerè exhibent. potiùs enim Venerem tunc extinguunt quàm animant. vide Iulium Cæſarem Baricellum.

Magni etiam erroris culpâ tenentur, qui in calculo & ad movendam urinam exhibent cantharides. non ſolum enim urinæ ardorem ac dyſuriam incitant, ſed & renibus ac veſicæ magnam noxam inferunt, & ſanguinis mictionem excitant, ſolo etiam externo uſu. *videatur pluribus Fernelius & Platerus in Obſervationibus &c.* Vnde non minus errant, qui cantharides & euphorbium ad

ad animandam Venerem exhibent, hi ægros in maximum ſanitatis diſpendium trahunt; nam non ſolum ſtomachum ac inteſtina, ſed & renes ac veſicam erodunt ac exulcerant. *ſi Methodus Medendi ipſis conſtaret, non certè eiusmodi cauſticis Venerem excitarent.* errant etiam, qui cinaras hunc in finem exhibent, multum enim melancholici ſucci in ſe continent, inquit Sennertus; quod autem faciunt, id adſcribendum eſt piperi.

Valdè acria, ſalita omnia ac piperata renibus noxia ſunt, caſeus præſertim ſalſus ac putridus, ova dura & frixa, carnes & piſces fumo indurati ac ſaliti. obſtructiones renum pariunt & copioſam calculo materiam præbent, cibiq; tartarei ſucci. unde in pueris calculos generari ob lactis impuritatem, cùm nutrix pravis cibis utitur, rectè dixit Hippocrates.

Medicamenta acuta exhibita, præſertim in illis, qui aliàs habent debiliora viſcera. diuretica valde calida, quæ lapidem

pidem magis indurant & renes calefaciunt. nocent & valdè diuretica in renum affectibus, præſertim ubi ulcus adeſt. *Nam Regulam habemus Practicam ex Hippocrate, quod per locum affectum non ſit ducendus humor.*

Lithonthryptica antè doloris mitigationem ac corporis purgationem adhibita malum exaſperant, dùm magis defertur materia ad locum affectum. nocent autem in calculo purgantia per os data ob eandem rationem, conducunt clyſteres ſæpius adhibiti.

Vinum Hiſpanicum renes excalefacit, nec tamen habet vim diureticam, unde peccant, qui ad ſtillatitias aquas nephriticas loco vini malvatici ſumunt vinum Hiſpanicum. Hoc enim fit magno ægrorum detrimento, quando per urinam evacuare animus eſt.

Vrinæ excretionem impedientia, dulcia, actu frigida externè applicata, præſertim quando natura criticè per urinas ſe evacuat. unde errant, qui in febribus ubi critica expectatur evacuatio

per

per urinam, infrigidantia renibus applicant. nocent etiam tunc internè frigida exhibita, & quæ urinæ excretionem impediunt, inter alia roſæ & aqua roſarum in febribus criſin per urinarias vias valde impediunt, faciunt proclivitatem ad vomitum & anguſtiam circa præcordia. vide Sennertum & Foreſtum de febribus.

Pedum denudatio in frigore, nive, aqua frigida genitalibus & Capiti admodum noxia eſt & Veneris infirmatem procreat. idem magis præſtat vitex lecto cubantis ſtrata & topazius appenſus.

Nota, quia nihil eſt, quod magis ſit recidivum quam ipſe calculus, quippe qui bis, ter, & etiam quater in anno generatur, ideò Diæta, ſub qua ſex res nonnaturales Medicis ſic dictæ comprehenduntur, probè obſervanda eſt, vitandaque vita ſedentaria, hinc enim ſæpe doctiſſimi Viri, quia ſtudiis ſemper invigilant, iisque ferè immoriuntur, & ſedendo multas impuritates & tartarum

in

in renibus colligunt, nephritici fiunt. Magnopere his proſunt acidulæ, quæ non tàm calidam renum ac hepatis intemperiem, quàm humores tartareos ac materiam calculi adimunt ac expellunt.

VTERUM CALEFACIENTIA & menſes moventia.

INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] artemiſiæ omnes mulierum obſtructiones aperit, meliſſæ, matricariæ, majoranæ, ſalviæ, menthæ rubeæ & hortenſis veræ, menthæ criſpæ ſ. balſamitæ, menthæ Saracenicæ, calaminthæ montanæ veræ, betonicæ, pulegii, abſynthii, ſerpilli, ſcordii, leviſtici, roris marini, abrotani, agrimoniæ, chamædryos, centaurii min. rutæ, chamæpityos, thymi, ariſtolochiæ, quæ menſes & ſecundinas potenter movet, quod & ſabina præſtat. origani, dictamni Cretici, chærefolii, naſturtii, lauri, hederæ terreſtris, valerianæ, hyperici, ocymi ſeu baſilici, mercurialis non tantum

tùm ſtimulantem inteſtina vim habet, ſed & nitroſâ ſuâ facultate impuriora in utero recrementa cumulata repurgat. hyſſopi, verbenæ, veronicæ.

Flores.] lavendulæ, betonicæ, ſalviæ, centaurii min., ſpicæ, ſtæchados, anthos, cheiri, chamæmeli Romani, ſambuci, hyperici.

Fructus.] nux Indica non condita. nuces juglandes, amygdalæ amaræ, baccæ juniperi, lauri, mala aurantia.

Semina.] quatuor calida majora & minora. ſeſelios, paſtinacæ nativæ & ſylveſtris, leviſtici, nigellæ, cicer. rubrorum, orobi, lupini, ſileris montani, petroſelini, rutæ, naſturtii, erucæ, ſinapis, leucoii lutei, fraxinellæ, meliſſæ, rorismarini, pæoniæ.

Aromata.] cinnamomum, caſſia lignea vera- non v. cortex fiſtularis, caryophylli, antophylli, nux moſchata, maces, piper longum, coſtus, zedoaria, acorus, galanga, cubebæ, grana Paradiſi, cardamomum, crocus.

Ligna

& menſes moventia.

INTERNA SIMPLICIA

Ligna.] xyloâloës, fraxini, guajaci, tamariſci, ſaſſafras. Et cortices citri, aurantiorum.

Radices.] pæoniæ, valerianæ, leviſtici, helenii, oſtrutii, angelicæ, pimpinellæ, cichorii, eryngii, fæniculi, petroſelini, apii vulgaris, rubiæ tinctorum potenter ſanguinem è venis, uterî promovet. caryophyllatæ, ſcordii, ari ſeu Aronis, aſari, bryoniæ menſtrua fortiter elicit. iridis, porri, ariſtolochię præſertim rotundæ, aſparagi, ruſci, graminis. Fortiter etiam menſes movent: rad. cyclaminis, cucumeris agreſtis, & helleborus uterque, *de quibus in Appendice.* Cyperi, dictamni, gentianæ.

Gummi.] myrrha, ſtyrax calamita, galbanum, ſagapenum electum, thus, opopanax, terepinthina, non tantum alvum mollem reddit, ſed & omnes obſtructiones tollit, ad purgandos renes, veſicam ac uterũ mundificandum utiliſſima eſt, videatur Montan. aſa fætida.

Mine-

Mineralia.] borax, lapis nephriticus. Et ſuccinum, ambra.

Ab animalibus.] caſtoreum, quo nihil eſt efficacius tàm internè quàm externè uſurpatum. moſchus, ſplen & hepar bovis junioris in formam extracti redacta, de quibus Crollius. Hartmannus in Praxi pulverem ſecundinarum præo. habet ad movendos menſes & fætum expellendum, qui an tutò poſſit exhiberi penes uſurpantem eſto.

VTERVM CALEFACIENTIA & menſes moventia

INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] artemiſiæ, hyſſopi, ſambuci, cinnamomi, zedoäriæ, matricariæ, pulegii, leucocii lutei, lil. albor., ariſtolochiæ, ſabinæ, capillor. Veneris, ſalviæ, abrotani, meliſſæ, menthæ cum vino, betonicę cum vino, infuſionis lavendulæ, lil. convallium, hyſterica Sennerti, aqua vitæ mulierum ejuſdem

ejuſdem p. 243. alba pretioſa, balſamus embryonum, aqua Anhaltina, carbunculi, elixir. citri, vitæ Matthioli.

Olea deſtillata.] cinnamomi, aniſi, fæniculi, thymi, angelicæ, ſuccini, macis, nuc. moſchatæ, abſynthii, majoranæ, menthæ, ſalviæ, terebinthinæ, piperis, caryophyllorum.

Tincturæ.] elixir proprietatis, elixir uterinum Crolli omiſſo ſale matris perlarum.

Extracta.] artemiſiæ, centaurii minor., ſabinæ, angelicæ, hiſtericum majus & minus Quercetani, hepatis ac ſplenis bovis, helenii, eryngii, meliſſæ, valerianæ, abſynthii, rad. pæoniæ, ligni aloës, veronicæ, zedoariæ, ſcordii, croci, carduibenedicti.

Decocta.] ligni guajaci, rad. chinæ, ſarſæparillæ, cicerum rubrorum & petroſelini. item Quercetani: radicum aperientium, decoctum aperiens majus & minus Auguſtanorum. decoctum

artemi-

Digitized by Google

artemiſiæ cum aliquot guttis ſuccini olei ante tempus menſiũ & poſt partum ad purgandam matricem utiliſſimũ eſt.

Vina medicata ac Cereviſiæ.] rorismarini & flor. cheiri. chalybeatum, cum cinnamomo, vinum malvaticum cum limatura Martis vide in Praxi Hartmanni, vinum Hippocraticum, matricale Sennerti *in Inſtitutionibus*.

Succi.] abſynthii, centaurii min., artemiſiæ, menthæ, rob. ſambuci.

Syrupi.] de artemiſia comp. & ex ſucco calaminthæ, capillorum Veneris, adiantinus Fernelii, betonicæ ſimp. & comp., è ſtæchade, matricaria, chamæmeli, aurantiorum, cortic. citri, menthæ, cinnamomi, evpatorii, pæoniæ, praſſii, de quinque radicibus, è chalybe, oxymel ſcilliticum.

Conſervæ.] majoranæ, betonicæ, anthos, meliſſæ, lavendulæ, hyſſopi, abrotani, menthæ, chamæpityos, veronicæ, abſynthii, calendulæ, cochleariæ, pæoniæ.

Condita,

& menſes moventia
INTERNA COMPOSITA.

Condita.] acori, corticum citri, aurantiorum, nucis moſchatæ communis, Indicæ, cichorii, nucum juglandium, tad. zedoariæ, helenii, eryngii, ſatyrii.

Electuaria & Antidota.] de limatura chalybis Auguſtanorum, de ſcoria ferri Rhaſis, de baccis lauri, theriaca, mithridatium. in omnibus enim uterinis affectibus nihil eſt præſtantius, quàm theriaca & mithridatium ſæpiùs uſurpata, *de quibus vide Conſilia Montagnanæ & Trincavellii.*

Species ac Pulveres.] diacalaminthæ, diacymini, diamoſchi dulcis & amari, diamarg. calidi, diagalangæ, aromatici roſati, roſatæ novellæ, diaxyloaloës, dianiſi, diambræ ſ. a. & m., dianthos, diacinnamomi, dialaccæ, diacurcumæ. Pulvis Marchionis, Hyſtericus Auguſta., partum promovens eorundem, alius Helidei. *Pulverem cachecticum ex chalybe vide in hepaticis p. 128. qui*

in

in menſibus movendis utiliſsimus eſt. Vel ℞. trochiſcor. de myrrha ʒß. caſſiæ ligneæ ℈j. ſem. cymini ℈ß. M. F. pulvis aut ℞. caſtorei, pulegii à ℈j. F. pulvis. Pulveres item Chymici varii, è tartaro, è chalybe, *de quo vide libr.* 4. *Praxeos Sennerti p.*220. *& ſeq. ac libr.*3. *p.*393. flores etiam ſulphuris menſes potenter movent, præſertim myrrhati, unde mulieribus tuſſientibus & aſthmaticis gravidis temerè non offerendi. Fecula Aronis, bryoniæ, pæoniæ, raphani ruſtici, ſerpentariæ.

Trochiſci & Rotulæ.] de myrrha Rhaſis, Montagnanæ, de abſynthio, de croco, de lacca, de ſabina. vel ℞. extracti ſabinæ ℈j. angelicæ ℈ß. helenii gr. vj. ol. cinnam. gutt. iiij. caryophyllor. gutt. ij. ſacch. in aq. meliſſ. diſſoluti ℥v. vel q. ſ. F. rotulæ. vel ℞. chalyb. præp. ʒß. ſacch. albi in aq. artemiſiæ diſſoluti ℥iij. ol. cinnamomi gutt. ij. F. rotulæ.

VTERVM CALEFACIENTIA & menſes moventia
EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] herbarum in Internis enumeratarum, præſertim artemiſiæ, matricariæ, pulegii, abſynthii, calaminthæ, menthæ, & flores lavendulæ.

Gummi.] olibanum, ſtyrax, calamita, bdellium, myrrha, ladanum, aſa fætida, galbanum, opopanax, ſagapenum. & Succinum.

Ab animalibus.] caſtoreum, moſchus, zibethum.

Olea.] lavendulæ, cheiri, liliorum alborum, irinum, angelicæ, rutæ, laurinum, de piperibus, nuc. moſchatæ, per expreſſ. amygdal. amararum, caſtorei, nardinum, ſcorpionum Matthioli, abſynthii, menthæ, è croco Meſuæ, coſtinum.

Emplaſtra & Vnguenta.] de baccis lauri, Ceroneum, ex gummi carannæ, ceratum matricale vel de galbano Auguſt., unguentum Martiatum, & alia ex oleis & ſimplicibus parata.

Suffitus.

Digitized by Google

EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

Suffitus & Evaporationes.] ex ariſtolochia, ruta, ſabina, artemiſia, calamintha, nigella, cinnamomo, ſuccino, ladano, ſtyrace, ligno aloës, moſcho &c. ne tamen naribus excipiatur fumus. vel fiat fumus ex trochiſcis de myrrha, ſabina:

Fomenta, Balnea & inſeſſus.] ex fol. artemiſiæ, calaminthæ, nepetæ, ſalviæ, origani, lauri, matricariæ, roriſmarini, mercurialis, pulegii, rad. bryoniæ, iridis, helenii, vel ℞. fol. lauri, matricariæ, calaminthæ, à Miij. rutæ, ſalviæ, betonicæ, origani, pulegii à Mij. rad. ariſtol. rot. angelicæ à ℥j. Coq. pro balneo. vel ℞. Mercurialis artemiſiæ, calaminthæ, origani, ſabinæ, matricar. à Miij. flor. cheiri Mij. Coq. & ſpongia vel linteo decocto calido madido venter & inguina foveantur vel paretur balneum. Notandum autem benè eſt, ne balneis & fomentis ſudores moveantur, qui menſes potius ſiſtunt, quā

promovent. Conveniunt & thermæ ſulphureæ.

Pedum lotiones.] ex herbis Internis uterum calefacientibus. vel] ℞. pulegii, majoranæ, fol. lauri, meliſſæ à Mij. calaminthæ, ſabinæ, origani à Mj. chamæm. artemiſiæ à Miij. M. coq. pro pediluvio manè ac veſperi uſurpando. Imprimis verò poſt balnea ac pediluvia convenit venæſectio ad movẽdos menſes. Vnde Galenus quatuor ante tempus periodi diebus, ſanguinem ex malleolis in mulieribus detrahit ad ciendos menſes. *de eligenda autem vena in omni ſanguinis miſsione optimè informant Hieronymus Fabricius ab Aquapendente & Iulius Cæſar Claudinus.*

Peſſi.] ex lana bombycina cum oleo coſtino, rutæ. (allio cum oleo ſpicæ) zibetho, moſcho, ambra, liquidambra, balſamo Orientali & Occidentali. vel ℞. ſucci fol. mercurialis & artemiſiæ à q. ſ. madefiat lana & peſſi loco indatur,

Digitized by Google

datur. Vel folia mercurialis rec. contundantur, atque in ſacculum ex linteo raro paratum indantur, qui oleo amygdalar. amarar, inungatur & peſſi loco adhibeatur. poſſunt addi flores centaurii minoris.

Clyſteres uterinos & qui in alvum ad ciendos menſes cum fructu injiciuntur, vide in Appendice mea.

VTERVM FRIGEFACIENTIA & menſes ſiſtentia

INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] fragariæ, burſæ paſtoris, millefolii, tormentillæ, piloſellæ, vincæ pervincæ, plantaginis, quercus, centumnodii ſ. polygoni, caudæ equinæ, myrti, conſolidæ majoris, mediæ, Saracenicæ. ſolani, nymphææ, hyoſcyami, acetoſæ, endiviæ, cichorii, lactucæ, portulacæ. hæc enim vehementer arcet fluxum omnium materiarum retinetque menſtrua, ac coitui adverſatur inquit

INTERNA SIMPLICIA.

quit Montagnana. hyperici cùm floribus. quamvis enim hypericum urinas & calculum moveat, & uterum calefaciat, tamen multorum Obſervationes demonſtrant, quod ſanguinem mēſtruum ſiſtat. idem præſtat etiam verbena, quæ & album fluorem mulierum ſanat & ſiſtit. urticæ quæ etiam ſanguinem ſiſtit. lyſimachia expertiſſ. remedium eſt ad menſes & gonorrhæam. ſanguiſorbæ, virgæ paſtoris, ſempervivi, anſerinæ, ceterach.

Flores.] roſarum, cydoniorum, balauſtiorū, acaciæ, nymphææ, fragariæ, lyſimachiæ, hyperici, papaveris rheados, ſymphyti, ſalicis.

Fructus] cydonia, pyra, meſpila, myrtilli, pruna, acacia, glandes, quercus, nuces cupreſſi, gallæ, berberes, ribes, uvæ paſſæ cum nucleis, mala granata.

Semina.] 4. frigida majora & minora, præſertim portulacæ, plantaginis

ris, pæoniæ, coriandri præp. cum aceto roſarum, acetoſæ, hordei, oryzæ, cymini, fabarum, lentium, hyoſcyami, agni caſti, cydoniorum, papaveris albi, anethi, cannabis.

Ligna.] ſantalum omne. Cortices radic. mori, granatorum, cupulæ glandium & cortices. capita papaveris ſine ſemine.

Radices.] biſtortæ, ſymphyti majoris, tormentillę, filipédulę, arnogloſſę.

Gummi.] Arabicum, tragacantha, maſtiche, thus, manna thuris, ſanguis draconis, & ſuccinum præſertim præp. camphora.

Terræ & Mineralia.] bolus Armenus præp., terra ſigillata, gypſum, cinnabaris. corallia alba & rubra, margaritæ, concha margaritifera, hæmatites verus, ſmaragdus, cryſtallus.

Ab animalibus.] ſtercus aſininum intus & exterius adhibitum, viſcera & pedes animalium. coagulum leporis,

Digitized by Google

caſeus præſertim recens. raſura eboris, ſpodium. C.C. uſtum & raſurâ. albumen ovi. pulverem turturis præp. ad ſupprimendos menſes valde efficacem. vide apud Foreſtum *libr.* 28. *obſervat.* 10.

VTERVM REFRIGERANTIA
& Menſes ſiſtentia
INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] polygoni, portulacæ, plantaginis, burſæ paſtoris, virgæ paſtoris, acetoſæ, lactucæ, roſarum, cydoniorum, nymphææ, malvæ, fragariæ.

Decocta.] hordei chalybeatum, plantaginis ſolùm, radicis chinę, pedum vituli, in quó plantago & polygonum cocta, juſcula in quibus lactuca, portulaca & endivia cocta. Experimento etiam certo comperi. *inquit Solenander in Conſiliis*, decoctum capitum rubentium roſarum, quibus ſemen continetur,

pro

pro ratione nunc in vino, nunc in aq. chalibeata factum, aliquoties propinatum ſuperfluos menſes ſiſtere. Inflammationem autem uteri innata quadam proprietate ſiſtit decoctum ſerpilli cum aq. chalybeata paratum, aut ſaltem forinſecus fomenti loco applicatum, *inquit Hartmannus in Praxi Chymiatrica.*

Tincturæ.] corallorum, ſaſſafras, roſarum, papaveris rheados.

Succi.] plantaginis cujus ℥iij. ſumptæ potenter hæmorrhagias ſiſtunt. polygom. portulacæ, cydoniorum, granatorum, millefolii, hypociſtidis, acaciæ, urticæ, ſtercoris aſinini. & mucilagines omnes, præſertim cydoniornm. vel ℞. ſucci ſtercoris aſinini, ſyrupi myrtillorum à ℥ß. aq. plantag. ℥j. M. & mulieri neſcienti adhibeatur. *hoc experimento Guainerius feliciſsimè ſemper uſus eſt.* Vel ℞. ſucci millefolii ℥iiij. dulcor. ſacchar. ℥j. vel ſyrupo de coralliis Quer., M. de quo cochlear. j. vel ij. & eſt euporiſton Sennerti ſæpiſſimè probatum.

& menſes ſiſtentia

INTERNA COMPOSITA.

Syrupi.] de coralliis Quercetani, de papavere ſ. & erratico, de roſis ſiccis, rad. filipendulæ, myrtillorum, portulacæ, granatorum, è ſucco burſæ paſtoris, nymphææ, endiviæ, acetoſæ, de agreſta, oxyſaccharum, cydoniorum, ribium, julepus roſarum, violarum.

Conſervæ.] roſarum rubr. antiq., acetoſæ, conſolidæ, nymphææ, ſummi-tatum quercus. Conditum cydoniorũ, lactucæ Hiſpanicæ, pyrorum moſchatellinorum, meſpilorum.

Opiata.] theriaca recens, Philonium, laudanum opiatum Sennerti.

Species ac Pulveres.] Aromatici, roſati Gabr., diatrag. frigidi, diamarg. fr., diatrion ſantalon. Pulvis anonymus Aug., contrà abortum eorundem amylum. pulvis rad. filipendulæ ad ʒj. in ovo ſorbili ſumptus, ſanguinem undecunque fluentem ſiſtit.

Rotulæ ac morſuli.] ℞. boli armeni ʒß. magiſterii corallor. ʒj. marg. præp.

præp. ℈j. ſem. acetoſæ, plantag. à ʒſs. ſpec. arom. roſati Gabr. ʒj. gum. tragacanthæ ʒß. ſacch. in aq. plantag. diſſol. q.ſ. F. rotulæ. Trochiſci de terra ſigillata, carabe, ſpodio, agno caſto, halicacabo, Gordonii. aut F. morſuli ex ſem. coriandri, portulacæ, condito cydoniior. lactucæ, ſpec. diatrag. fr. & coralliis præp. addito ſacch. in aq. fragariæ diſſoluto.

VTERVM REFRIGERANTIA & Menſes ſiſtentia
EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] nymphææ, plantaginis, lactucæ, endiviæ, piloſellæ, fragariæ, quercus viridia, ſaniculæ, polygoni, umbilici Veneris.

Flores.] roſarũ, nymphææ, malvæ.

Ab animalibus.] ſtercus aſininum omnem hæmorrhagiam ſiſtit naribus admotum, præſertim ſi cum ſucco urticæ admiſcetur. albumen ovi.

Aquæ

& menſes ſiſtentia

EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

Aquæ deſtillatæ.] nymphææ, plantaginis, portulacæ, ſempervivi, ſolani, quercus, burſæ paſtoris.

Succi.] plantaginis, polygoni, caudæ equinæ, acetum roſarum, ſuccus burſæ paſtoris, chelidoniæ mammis applicatus etiam menſes ſiſtit. mucilago ſemin. cydoniorum.

Olea.] cydoniorum, myrti, roſarum, violarum, nymphææ, cucurbitæ, umbilici Ven. addito ſaccharo ſaturni.

Unguenta.] roſatum Meſuæ, refrigerans Galeni, Comitiſſæ Auguſtan. Montagnanæ.

Emplaſtra ac Cataplaſmata.] diaphænici frigidi, ſantalinum, ex albumine ovi cum pulv. boli Armeni, roſar. myrtillor. thuris, maſtichis. vel F. Cataplaſma ex farina hordei, pulv. roſar. violar. nymphææ, ſantalis cum ſucco vel aq. plantaginis, lactucæ, nymphææ & oleo roſarum.

Suffi-

EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

Suffitus.] ex thure, maſtiche, ladano, roſis, myrtillis, ſuccino.

Pedum lotiones & crurum.] ex decocto tepido verbenæ, piloſellæ, burſæ paſtoris, polygoni. vel ex aqua frigida. Balnea v. & inſeſſus non ita tuta ſunt, quia metus eſt, ne plus moveant & fundant fluxum. antè pedum a. lotionem cõvenit veneſectio in brachio, aut cucurbitulæ in dorſo & brachiis.

Clyſteres uterini.] ex ſucco millefolii, polygoni, plantag., conſol. majoris, burſæ paſtoris, lyſimachiæ, ſummitat. rubi, cortic. granat. balauſtinorum.

Amuleta.] hæmatites verus, corallia rubra, cryſtallus, carneolus. rad. papaveris rheados, radix nigellæ ſub lingua detenta, muſcus arboreus ſub axillis geſtatus. ſanicula & fragaria plantis pedum alligata. verbena portata & alligata.

HYTSE-

HYSTERICA

Interna Simplicia.

FOlia.] meliſſæ, menthæ, pulegii, calaminthæ, artemiſiæ, abrotani, matricariæ, rutæ, centaurii min. thymi, ariſtolochiæ.

Flores.] anthos, lavendulæ, ſalviæ, meliſſæ.

Semina.] paſtinacæ ſylveſtris, cymini, dauci, ſeſelios, rutæ, leviſtici, aurantiorum, citri.

Aromata.] antophyllii, caryophylli, cinnamomum, caſſia lignea vera, nux moſchata, maces, cubebæ.

Ligna & cortices.] xyloäloës, cortices citri, aurantiorum. Iuli ſeu panniculi juglandis pulveriſati & à ℈ ij. ad ʒj. cum ol. ſuccini gutt. iij. in liquore debito exhibiti, eximium ad ſuffocationem matricis medicamentum eſt, expertumque eſt ſæpius. Quamvis a. iſti juli vomitum cieant, id tamen fit abſq; moleſtia, & propterea non metuendus ejus uſus eſt, cùm & aq. hordei, centaurii min. &c, vomitum cieant. Ra-

Radices.] zedoariæ in ore denta inſultum ſtrangulatus uteri præcavet vel manſa vel devorata. dictamni, leviſtici, pæoniæ, angelicæ, ariſtolochiæ rot., petaſidis, imperatoriæ. peucedani in ore detenta. meu, bryoniæ cum vino albo aut malvatico aſſumpta egregiam habet efficaciam in ſedanda hyſterica paſſione, *vide præter alias plurimas Obſervationem Matthioli.*

Gummi.] myrrha & ſuccinum.

Ab animalibus.] raſura ungulæ alcis cum rad. zedoäriæ exhibita. caſtoreum ad ʒß. cum vino abſynthii aut malvatico. *magnâ a. cautione hîc opus eſt, vide Vtero Nociva.* teſticuli equini præp. quamvis expertiſſimum & ſecretum remedium ſint ad fætũ mortuum eiiciendum & ſecundinas pellendas, tamen ad menſes movendos nullius ſunt efficaciæ, *vide Henricum ab Heer.* nec in hyſterica paſſione uſurpari poſſunt, licet Rodericus à Fonſeca hos teſtes ad colicam in ſemetipſo etiam probatos præſtan-

præſtantiſſimos eſſe, dicat, & cum magno fructu uſurpari poſſint, *pluribus videatur Horatius Augenius & Geſnerus in Epiſtolis.*

HYSTERICA
INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] zedoariæ cum vino, meliſſæ, artemiſiæ, flor. liliæ, matricariæ, pulegii, lil. convallium, hirundinum, aqua vitæ pro mulieribus, carbunculi, Anhaltina, hirundinũ cum caſtoreo, *vulgò* Sauer ſchlagkwaſſer. aqua viſci querni, vitæ alba pro mulieribus, balſamus embroynum, hyſterica Sennerti *libr.*4. *Praxeos pag.*242. *&* 244. *deſcripta.*

Olea.] ſuccini, cymini, angelicæ, cum aq. artemiſiæ vel hyſterica aſſumptum.

Extracta.] caſtorei, valerianæ, artemiſiæ, hyſtericum majus & minus Quercetani.

Succi.] vinum generoſum, malvaticum

ticum cum rad. dictamni aut pulv. hyſterico, vel extracto caſtorei & artemiſiæ.

Syrupi.] de artemiſia. hyſſopo, bryoniæ, cinnamomi.

Conſervæ.] anthos, meliſſæ, majoranæ, lilior. convallium. Conditum nucis moſchatæ communis, Indicæ, juglandis, cum aq. artemiſiæ.

Electuaria.] ex ſimplicibus. theriaca & mithridatium cum aq. zedoäriæ, cum vino.

Species ac Pulveres.] diacinnamomi, diamoſchi ſ. a. & m., diacymini, diacalaminthæ, diagalangæ, diamargariti frigidi & calidi, de gemmis calidi & frigidi, diambræ ſ.a. & m. diaxyloäloës Pulvis hyſtericus Auguſt., Marchionũ. caſtorei & zedoäriæ cum cereviſia aſſumptus. Et pulveres Chymici: fecula bryoniæ, aronis, ſuccinum alb. præp., magiſterium ſuccini. item vitriolum Martis ad gr. j. in gr. ij. ſacchari. oleum Iovis *pag. 241. in libro 4. Prax. Sennerti deſcri-*

deſcriptum valdè commendatur intrà & exteriùs uſurpatum pro inunctione ad umbilicum.

Trochiſci.] de myrrha, abſynthio. vel F. troch. ex fecula bryoniæ c. pauco caſtoreo. exhibeantur c. aq. hyſterica.

HYSTERICA
EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] rutæ admota naribus pro odoramento. leviſtici, filicis, meliſſæ, calaminthæ, abrotanti. bardana major ſeu perſonatæ folium matricem ſurſùm tollit, ſi ſummo capite geſtetur; planta pedis v. deorſum trahit. undè contrà matricis ſuffocationes, præcipitationes ac dislocationes cenſetur præſtantiſſimum eſſe remedium.

Semina.] cymini, angelicæ, majoranæ, meliſſæ, pæoniæ.

Gummi.] galbanum, tacamahaca, aſa fœtida myrrha. Et ſuccinum.

Ab animalibus] caſtoreum; plumæ avium combuſtæ, imprimis perdicum.

Digitized by Google

cum. pili, corium, cornua combuſta. verrucæ equorum.

Olea.] ſuccini naribus admotum, ſalviæ auribus inditum cum lana, item ſpicæ. ol. nucum utero admotum, item lilior. alborum, rutæ, anethi, de caſtoreo, lauri, lavendulæ, angelicæ, coſtinū. de piperibus, nuc. moſchatæ per expreſſionem, cymini.

Unguenta.] ex ſclarea in butyro cocta, addito gummi tacamahaca, quod pudendo & umbilico imponi poteſt. theriaca oleo rutæ diſſoluta apponatur parti quâ vapor aſcendit. ungaturq; umbilicus calidis & panni calidi apponantur. nam ubi ſentit, calorem uterus, confeſtim in locum ſuum redit. poteſt & umbilicus inungi balſamo apoplectico, aut applicari Emplaſtrum rotundum ex Emplaſtro pro matrice, in cujus medio aliquot grana zibethi poſita ſint.

Pudendis admovenda.] omnia ſuaveolentia, zibethum, moſchus, gallia & a-

Digitized by Google

& alipta moſchata. pulvis caryophyllor. cinnam. nuc. moſchatæ. oleum nuc. moſch. per expreſs. cum balſ. Indico, zibetho. vel ℞. ſtyracis calam., benzoë à ℥j. gall. moſchatæ ℈ß. zibethi gr. iij. c. ol. amygd. dulc. F. linim. pro utero. *vide pluribus Menſes moventia Externa de* Peſſis. Cavendum v. caput tegumentis eſt, ne fumus ex ſuaveolentibus utero adhibitis, nares petat.

Naribus admovenda.] omnia fætida paulò ſuprà enumerata, imprimis verrucæ quæ tibiis equorum adnaſcuntur: hi in furno exſiccati & pulveriſati carbonibus aſpergantur, quorum fumus naribus exceptus ab uteri ſuffocatione ſtatim liberat, eſtque remedium ſæpiſſimè probatum. *Notandum a. hic de fætidis, quod cùm naturæ ſint adverſiſſimæ ad excitandas mulieres ab uteri ſtrangulatu quidem proſint, valdè tamen noceant cerebro, nervis ac utero, & teſtantur Obſervationes multorum quod cum fumo ex fætidis combuſtis plurimæ hyſtericæ &*

Epile-

Epilepticæ mulieres ad vitam ſublatæ ſint æternam.

VTERO NOCIVA.

FOlia.] menthæ conceptioni reſiſtit non quidem qualitate, ſed totâ ſuâ ſubſtantiâ. lactucæ vide ſuprà pag. 167. omniũ nimis refrigerantium uſus, lumbis etiam & dorſo applicata, quia ſic nervi eo loco læduntur. utero n. cùm ſit locus generationis qui calore indiget, nulla frigida per ſe amica ſunt, tàm quæ actu, quàm quæ poteſtate talia ſunt. Cucumeres, cucurbitæ, braſſica muria condita. Narcotica omnia & opium.

Radices.] cucumeris aſinini radix pæoniæ indifferenter & lunâ creſcente effoſſa plurima humiditate pollet, ob quam in uterinis & Capitis affectibus potiùs nocet quàm prodeſt; nunquam igitur alia quàm quæ lunâ decreſcente effoditur in uſum Medicum ſumenda eſt. Alii a. radicem pæoniæ præcipiunt in Vere effodiendam, alii in Autumno; hiu-

Digitized by Google

hi utrique accipiunt radicem plurimo humore ſeu ſucco, refertam. Alii duntaxat Menſe Iulio radicem pæoniæ, & quidem maris, effodiendam eſſe rationibus perſuadent, Sole currente in leone, die etiam ac horâ ſolis, lunâ decreſcente. (videatur Matthiolus, Tabernæmontanus & Sebizius, in Herbariis) his ſatisfacit radix & præſtat quæ debet. Longè etiam à ſcopo aberrant, qui feculas Aronis & præſertim bryoniæ inter medicamenta confortantia & morſulos tales præſcribunt; habent n. vim purgandi, vomitum ciendi & menſes potenter movendi, unde & prægnantibus non exhibendæ. Quod ſi rationes adferunt, dicant mihi quæſo, cur non & alia aperientia purgantia addant, & ita diverſę operationis medicamenta commiſceant? ſunt n. feculæ Aronis & bryoniæ rectè uſurpatæ divinum medicamentum, ſed qui pro confortando hæc præſcribunt, multùm fallunt & falluntur. Obſerventur bene Medici Practici Celeberrimi.

Ab

Ab animalibus.] fumus cornu capræ & reliquorum, quemadmodum etiam omnia quæ fætorem ſpirant. Caſtoreum rancidum venonoſum eſt ac telhiferum; cautè igitur à Medicis obſervandum, ne cui malum exhibeant caſtoreum. Moſchus & ambra iis præſertim nocent quæ hyſtericæ affectioni obnoxiæ ſunt & debilèm uterum habent. Vndè ſpecies aromaticæ, quæ aliâs recipiunt ambram & moſchum, ſemper dupliciter parandæ ſunt, ut cum & ſine a. & m. uſurpari poſſint.

Nocent & utero omnia ſuaveolentia adhibita pro odoramento, præſertim iis quæ ex uteri ſuffocatione ſæpe laborant.

Mel & omnia dulſcia æquè ut ſuaveolentia uterum commovent, ipſique nocent. hinc in decoctis & aliis medicamentis hyſtericis ab odoratis & dulcibus abſtinendum ne uteri ſuffocatio magis incitetur. dulcia n. dùm nauſeam & vomendi conatum faciunt in ventriculo, ſimul etiam per conſenſum commovent.

Digitized by Google

movent uterum propter ligamenta dorſo annexa. abſtinendum etiam à dulcibus in gravidis eſt, & ab iis quæ uteri ligamenta laxant.

Omnia acida utero & nervis inimica ſunt. etiam ſyrupi acidi, qui proptereâ exiguâ doſi præſcribendi. nocet n. acetum utero 1. quia pungit nervoſum membranoſumque corpus, idcircoque illi infeſtum. 2. quia cùm ſit frigidum ejus intemperiem auget, & caloris vim ferventem in conceptu & ſemine infirmat ac pervertit. undè rectè monuit Hoffmannus, *de uſu & abuſu Chymiæ*, ne ſpiritus vitrioli in magna copia mulieribus præſcribatur; ſicuti n. *inquit*, ex olei camphoræ Viri, ita ex ſpiritus vitrioli largiori uſu Mulieres ſteriles redduntur. nocent & acida quia menſes ſiſtunt; undè mulieres & virgines, menſibus prodeuntibus, ab acidis omninò arcendæ ſunt.

Fluorem muliebrem fortiter & ſtatim cohibentia medicamenta. adſtringentia etiam externa, quia ſic humores excrementitii detinentur. A

A ſiccantibus nimiis cavendum, ne tenera uteri acetabula areſiant. itaque ubi calefactione opus eſt, humiditate ſiccitas nimia corrigenda eſt.

Odor extinctæ lucernæ & candelæ ſebaceæ utero maximè infenſus eſt, prçſertim in prægnantibus, in his enim ſæpiſſimè abortũ excitat. omnia fætida.

Medicamenta potenter agentia & chymica plerumque omnia nervos admodùm debilitant, facilimè enim ab his afficiuntur, quibus læſis læditur & uterus & vice verſa.

Nota, in provocandis menſtruis accuratè perpendendæ ſunt eæ obſervationes quæ à Gualtero Bruele loco debito annotatæ ſunt, p. m. 379. aliâs fruſtrà & cum magno ægrotæ detrimento menſes moventia medicamenta adhibentur.

ANTIARTHRITICA
INTERNA SIMPLICIA.

FOlia.] chamæpityos, chamædryos, agrimoniæ, veronicæ, hyperici, chæ-

trefolii, ſalviæ, betonicæ, rorismarini, primulæ veris, artemiſiæ, majoranæ, origani, pulegii, rutæ, ſcordii, thymi, ſerpilli, calaminthæ, verbenæ.

Flores.] centaurii min., hyperici, anthos, ſambuci, primulæ veris, lili. convallium, ſummitates chamædryos, chamæpityos. lavendulæ, ſpicæ, chamæmeli utriusque cichorii, helenii, ſalviæ, ſtæchadis Arabicæ.

Fructus.] mala aurantia, nux Indica non condita. baccæ lauri, juniperi cappares, paſſulæ majores & minores.

Semina.] hyperici cùm ſit diureticum iſchiadicis ſumptum auxiliatur. rutæ, citri, aurantiorum. aniſi, fæniculi, carduibenedicti, raporum.

Aromata.] nux moſchata, maces, crocus, cinnamomum, caryophylli, cubebæ, amomum, coſtus, ſpica Indica, acorus.

Ligna.] guajacum, ſaſſafras, quod in confortandis nervis ac membris mirum in modum prodeſt. xyloäloës, viſci

viſci quercini, fraxini. Cortices citri, aurantiorum, rad. capparum, lauri.

Radices.] ariſtolochiæ utriusque. rhapontici veri, mei, valerianæ, pæoniæ lunâ decreſcente collectæ, *licet enim hora effodiendi non attendenda, vide Vtero Nociva, debet tamen benè obſervari tempus.* gentianæ, artemiſiæ ſi cum cibis loco petroſelini coquantur, cichorii, helenii, raphani, rapi, caryophyllatæ, chinæ, ſarſæ parillæ, althææ, dictamni, imperatoriæ, tormentillæ.

Gummi.] thus, ſtyrax calamita, maſtiche, myrrha, terebinthina, ammoniacum. & ſuccinum.

Terræ & lapides.] bolus Armenus verus, terra ſigillata, lapis bezoar or., corallia rubra, margaritæ.

Ab animalibus.] oſſa humana cōbuſta ex articulis hominis ſani violenta morte necati deſumpta & modicè ſiccata, quorum pulvis datur à ℥ß. ad ℈iiij. raſura C.C., eboris, ſpodium, C.C. philoſoph. præp. c. aq. chamæpityos. caſtoreum, ſanguis leporis.

ANTIARTHRITICA
INTERNA COMPOSITA.

AQuæ deſtillatæ.] chamæpityos, chamædryos, betonicæ, artemiſiæ, verbenæ, meliſſæ, lavendulę, centaurii min., hyſſopi, ſambuci, hyperici, ſcordii, ſalviæ.

Spiritus.] ligni guajaci, ſaſſafras, baccar. juniperi, ſambuci, ceraſorum, miſtura ſimplex. ſpir. carduibenedicti, centaurii min., ſalis.

Olea deſtillata.] ſuccini correctū, terebinthinæ, juniperi, rutæ, macis, chamæmeli, cinnamomi, lavendulæ, anthos ſeu rorismarini cum toto, meliſſæ, majoranæ, ſalviæ.

Tincturæ.] coralliorum, ſuccini, ligni ſaſſafras, elixir proprietatis, balſamus ſulphuris Quercetani & Crollii.

Extracta.] chamæpityos, chamædryos, xyloâloës, centaurii min., juniperi, agerati, cichorii, veronicæ, valerianæ, ſarſæ parillæ, ligni guajaci, ſaſſafras, theriacale. laudanum opiatum Sennerti in

ti in doloribus arthriticis à cauſa calida ſubortis fluxiones ſiſtit & ſomnum inducit, delaſſatosque ſpiritus corroborat & dolores reprimit.

Decocta.] chamædryos præſtantiſſimarum eſt virium, item hydromel cum fol. chamædryos paratum. rad. chinæ & ſarſæ parillæ althææ. aquæ v. deſtillatæ decocto conferri non poſſunt, *inquit Veſalius*, cùm hæ non omnes ſimplicis facultates habeant, ſiquidem non omnes ejus partes in Alembicum elevantur, *approbat Sennertus cap. 7. libr. de Arthritide.* prodeſt etiam ſæpius in juſculo vel decocto artemiſiæ aſſumere ol. cymini ac carvi ad gutt. vj. ad diſcutiendos flatus ac ventriculum & inteſtina roboranda, in arthritide vaga.

Vina medicata & Cereviſiæ.] chamædryos, ſi præſertim cum muſto deferveat, ac ita verum chamædryos vinum indè fiat. Vinum antipodagricum ſeq: ℞. fol. chamædryos, chamæpityos, heder. terreſtr., betonic., ſalviæ,

min. majoranæ, roriſmar. à Mj. ſummit artemiſ. thymi, flor. primulæ veris, geniſtæ à Mß. calam. arom. ℥ij. caryophyllor., nuc. moſch. à ℥j. rad. caryophyllatæ ℥iij. M. infundantur in vino rubro, de quo bibat æger ſingulis diebus horis duabus poſt prandium. confortat nervos ac membra principalia, abſumit per urinas & exſiccat corporis ſeroſitates. aut parentur Cereviſiæ ex chamædr., ſalvia, roremarino, lingua cervina &c.

Succi.] centaurii min., ſcordii, agrimoniæ, chamæpityos, rob ſambuci, juniperi.

Syrupi.] de eupatorio Meſuæ, chamædryos, de ſtæchade, calamintha, betonicæ, chamæpityos, adiantinus Fernelii, coralliorum Quer., aurantiorum, julepus roſarum.

Conſervæ.] anthos, betonicæ; chamæpityos, chamædryos, ſalviæ, majoranæ, rutæ, agrimoniæ. Conditum rad. cichorii, ſcorzoneræ.

Electuaria.] theriaca, mithridatiũ, Anti-

Antidotus Aëtii ex 4. rebus, Oribaſii ex 7. rebus. ex centaurio min., hyperico.

Species ac Pulveres.] dianthos, diacorallii Tralliani, aromatici roſati, diamoſchi d., diambræ, diamargariti calidi & frigidi, pulvis Marchionum, Sarracenicus Iohannis Anglici: ℞. chamæpityos ℥j. oſs. human. combuſtor. ʒij. liquirit. ʒiij. M. F. pulvis. Arthriticus Spigelii in cauſa calida: ℞. fol. cichor. ſylveſtris, menſe Majo collector. & in umbra ſiccator. ʒj. F. pulv. detur pro doſi. utiles etiam ſunt radices cichorii primo vere collectæ, & poſſunt eædem, ut & folia aliis medicamentis arthriticis in frigida etiam cauſa admiſceri, inquit Sennertus. Antipodagricus ſeq: ℞. chamædryos, chamæpityos, centaur. min. à Mj. ſalviæ, betonicæ à Mß. rad. gentianæ, rhapont ariſtoloch. à ℥ß. ligni guajaci maturi & nigri ℥viij. ſingula ſeorſim pulveriſata M. pro pulvere ſubtiliſs. de quo quotidie ʒj. ſumatur cum modico vino. hoc unico remedio perfectiſ-

ſime curatur podagra, inquit Weickardus, modò Diætæ errores non committantur. E Chymicis hæc proſunt: Magiſterium perlarum Riverii, coralliorum, ſuccini. fecula Aronis, arcanum tartari. ſal chamæpityos, chamædryos, chærefolii, ſuccini volatile, oſſium human., C.C. volatile & fixum.

Rotulæ & trochiſci.] ex pulv. chamæpityos ʒj. cum terebinth. q. ſ. F. trochiſci vel pilulæ ad arthritidem valdè utiles. rotulæ paratæ c. oleo ſuccini, aut aliis antiarthriticis ſimplicibus. poſſunt & trochiſci maſticatorii utiliſſimi pararari ex convenientibus, quæ nimirum & cerebrum & partes nervoſas paulatim exonerant.

ANTIARTHRITICA
EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] herbarum omnium, & reliqua quæ in Internis Simplicibus enumerata ſunt, hîc quoque locum habent.

Gum-

Gummi.] opopanax, bdellium, ammoniacum, ſagapenum, tacamahaca, terebinthina, myrrha & galbanum excalefaciendi, emolliendi ac digerendi vi arthriticis auxiliantur, articulorum tophos diſſolvunt, nervorumque nodulos ac durities diſcutiunt.

Aquæ deſtillatæ.] antipodagricæ Quercetani. antipodagrica D. Bornitii, Iuris Conſulti per Europam notiſſimi, quâ ad miraculum omnes dolores arthritici, à quacunque cauſa, leniuntur. liquor ſeu eſſentia ranarum, lumbricorum, item piſcis qui Germ. vocatur Peißker / per artem Chymicam extractus dolorem arthriticũ ſiſtunt ex cauſa calida, quod ſæpiſſime probatum. aqua nicotianæ compoſita, *de qua ſuprà* Quidam ſumunt raſuram C. C. & cum aceto roſar. vel flor. ſambuci coquunt, donec inſpiſſatur, illudque cum fructu dolenti loco applicant. alii ſumunt hoc acetum tepidum, in quo diſſolvunt theriacam & panno madefacto dolentem

locum fomentant, & cum magna artis gloria dolores ſiſtunt.

Olea.] ex acinis uvarum expreſſum, myrtillorum, cheiri, roſarum cui lumbrici incocti vel cum ovor. albumine miſtum. rutæ, de lateribus, ceræ, juniperi è baccis & ligno, ſpicæ, lil. convallium, laurinum, hyperici, coſtinum, caſtorei, vulpinum, balſaminum, mellis, maſtichis, euphorbii, formicarum, cymini.

Unguenta.] anodynum Crollii, nervinū Auguſt., Aregon., Martiatum, de bdellio, dialthææ, item quod fit ex ſale torrefacto (alii malunt ſaltem juniperi) & c.ſ.q. olei roſarum mixtum. balſamum utrumque Crollij.

Emplaſtra.] de bryonia Aëtii, meliloti, diachylum. Empl. nervinum Sennerti ad dolores articulorum leniendos magnarum virum eſt. item Auguſtanorum. oxycroceum. Emplaſtrum ad tophos & callos reſolvendos vide apud Hartmannum in Praxi Chymiatrica.

diapal-

Digitized by Google

diapalmæ confert in omni arthritide; ſi ipſi addatur parum vini, terebinthæ & boli Armeni præſtantiſſimum eſt remediũ ad corroborandos articulos, etiam præſervativi loco adhibitum, *habet Pigræus in Chyrurgia*.

Cataplasmata.] Hollerii è mica panis cum lacte cocta, cui vitelli ovorum & crocus adduntur. poteſt ipſi adhuc immiſceri olibanum. item quod ex ſtercore vaccino, cùm præſertim herbis veſcuntur; ovillo, caprillo. aut F. catapl. & fomentationes è rad. altheæ, flor. chamæm., hyperici, fol. lauri, ſalviæ, chamæpit. lavend. baccis junip. farina ſem. lini, fænugreci, cum ol. lumbr. terreſtr. & terebinthina. item cataplasma è radicibus raphani ruſtici tuſis & coctis, aut rapis. Hermodactylus pituitam craſſam ex articulis trahit & expurgat doloresque omnes ſedat eſt enim theriaca juncturarum, propterea podagræ ac cæteris arthiditis differentiis cõfert, non ſumptus modò, ſed etiam externè

terne pro cataplaſmate admotus. *de interno v. ejus uſu vide Appendicem ubi reliqua ſpecifica Purgantia ſ. & compoſita proponuntur.* in doloribus v. à cauſa calida tantùm, & quando neceſſariò frigidis & ſtupefacientibus utendum eſt, cicuta unguenti formâ impoſita valdè prodeſt, item ung. nutritum ex lithargyro & ceruſſa factum. populeum cum ol. roſar. mandrag. vel hyoſcyami & cydoniorum, vel ſeq. Pigræi ℞. mellis com. ℥ij. unguenti populei ℥j. album. ovor. N. ij. opii gr. ij. M. F. unguentum.

Balnea & pediluvia.] ex betonica, ſalvia, chamæpit. roſis, geranio, foliis quercus, baccis juniperi. vel ℞. artemiſiæ, abſinthii, origani, flor. chamæm. à Mij. aluminis, ſalis à Mj. lixivii è cineribus fagi parati q. ſ. Coq. pro balneo. utile etiam eſt pro corroboratione balneũ è ligno juniperi, ſi ramenta ejus in aq. chalybeata coquantur donec aqua tingatur, cui poſſunt aliquot unciæ ſalis vel aluminis addi. à balneo ungantur

partes,

partes oleis convenientibus. balneum è ligno juniperi factum magnæ virtutis eſſe ad arthritidem tollendã vide Matthiolum. Vinum etiam quantum bibitum nervis ac juncturis nocet, tantum in balneo iisdem prodeſt inquit Iulius Cæſar Claudinus. Conveniunt plurimum thermæ ſulphureæ, ſalſæ, nitroſæ, vitriolatæ & ex parte non a. multum aluminoſæ.

Nota.] mica panis recenter extracti ex clibano apponatur cervici illitæ oleo maſtichino in quo coquatur benzoë. eſt n. præſtantiſſimum remedium ad exhauriendũ fontem catarrhi, eumque inhibendum, *inquit Duretus in Annotationibus ad Caput Hollerii de Arthritide.*

ARTHRITICIS NOCIVA.

OMnia quæ Capiti ac Nervis noxia ſunt eosque debilitare poſſunt, Arthriticis etiã inimiciſſima exiſtunt. huc quadrant fortia omnia & medica-

menta

neum eſt. Ex quibus liquidiùs conſtat Diætam tàm ad curationem quàm præſervationem eſſe utiliſſimam & adeò neceſſariam ut ſine illa quodlibet medicamentum omnem Medici induſtriæ fructum perdat. Solent enim omnes, quorum res in pejus ituræ ſunt, ſaniora conſilia reſpuere, præſertim v. ægri.

Quare v. in ægritudinibus juncturarum & nervorum à vino abſtinendum ſit, vide ſuprà p. 20. & quia timemus humorum fluxum ad juncturas, à quarum debili calore vinum non bene digeri poteſt, & ob id acetat frequenter in iis, illasque mordicando multùm lædit præterea in vino præſertim generoſiſſimo, ſæpè acerrimus & ſumme pungens deliteſcit tartarus, qui non tantùm vehementiorum cruciatuum cauſa eſt, ſed & citiùs contracturam inducit. *alia v. ratio eſt de vinis medicatis modicè & ſecundũ præſcriptum uſurpatis.* vinum ſulphureum.

Ex:

Ex cibis nocent præcipuè ſalſi, acres, craſſi & qui multum tartarum & ſerum ſuppeditant: carnes ſuillæ, anſerinæ, & gallinæ Africanæ, Cyprini ſeu carpiones adeò podagricis infeſti ſunt, ut eorum eſu ſtatim vel non multò poſt dolores intenſiſſimi ſequantur, qui ægerrime ſedari poſſunt, quod & faciunt alii cibi qui multum phlegmatis ſuppeditant aut difficilius concoquuntur, intemperantia item cibi potusque. hanc enim magna humorum excrementitiorum colluvies ſequitur, de quibus vide Stomachica Nociva, & alia.

Omnis ad ſudorem nimium motus frequenter factus, præſertim v. qui fit ab equitatione in juvenili ætate. Nam dum Hippocrates *libro de Aëre, Aq. & Locis pag. mihi* 141., demonſtrare propriam cauſam vult cur. Scythæ & divites præ aliis arthritide corripiantur, dicit: ab equitatione ipſa diuturni eos corripiunt articulorum dolores, nimirum propendentibus ſemper ex equis eorum cruribus (& vehementi motu eorum.)

min. majoranæ, rorismar. à Mj. ſummit artemis. thymi, flor. primulæ veris, geniſtæ à Mß. calam. arom. ℥ij. caryophyllor., nuc. moſch. à ℥j. rad. caryophyllatæ ℥iij. M. infundantur in vino rubro, de quo bibat æger ſingulis diebus horis duabus poſt prandium. confortat nervos ac membra principalia, abſumit per urinas & exſiccat corporis ſeroſitates. aut parentur Cereviſiæ ex chamædr., ſalvia, roremarino, lingua cervina &c.

Succi.] centaurii min., ſcordii, agrimoniæ, chamæpityos, rob ſambuci, juniperi.

Syrupi.] de eupatorio Meſuæ, chamædryos, de ſtæchade, calamintha, betonicæ, chamæpityos, adiantinus Fernelii, coralliorum Quer., aurantiorum, julepus roſarum.

Conſervæ.] anthos, betonicæ; chamæpityos, chamædryos, ſalviæ, majoranæ, rutæ, agrimoniæ. Conditum rad. cichorii, ſcorzoneræ.

Electuaria.] theriaca, mithridatiũ, Anti-

Antidotus Aëtii ex 4. rebus, Oribaſii ex 7. rebus. ex centaurio min., hyperico.

Species ac Pulveres.] dianthos, diacorallii Tralliani, aromatici roſati, diamoſchi d., diambræ, diamargariti calidi & frigidi, pulvis Marchionum, Sarracenicus Iohannis Anglici: ℞. chamæpityos ℥j. oſs. human. combuſtor. ʒij. liquirit. ʒiij. M.F. pulvis. Arthriticus Spigelii in cauſa calida: ℞. fol. cichor. ſylveſtris, menſe Majo collector. & in umbra ſiccator. ʒj. F. pulv. detur pro doſi. utiles etiam ſunt radices cichorii primo vere collectæ, & poſſunt eædem, ut & folia aliis medicamentis arthriticis in frigida etiam cauſa admiſceri, inquit Sennertus. Antipodagricus ſeq: ℞. chamædryos, chamæpityos, centaur. min. à Mj. ſalviæ, betonicæ à Mß. rad. gentianæ, rhapont ariſtoloch. à ℥ß. ligni guajaci maturi & nigri ℥viij. ſingula ſeorſim pulveriſata M. pro pulvere ſubtiliſs. de quo quotidie ʒj. ſumatur cum modico vino. hoc unico remedio perfectiſſime

Digitized by Google

ſime curatur podagra, inquit Weickardus, modò Diætæ errores non committantur. E Chymicis hæc proſunt: Magiſterium perlarum Riverii, coralliorum, ſuccini. fecula Aronis, arcanum tartari. ſal chamæpityos, chamædryos, chærefolii, ſuccini volatile, oſſium human., C.C. volatile & fixum.

Rotulæ & trochiſci.] ex pulv. chamæpityos ℥j. cum terebinth. q. ſ. F. trochiſci vel pilulæ ad arthritidem valdè utiles. rotulæ paratæ c. oleo ſuccini, aut aliis antiarthriticis ſimplicibus. poſſunt & trochiſci maſticatorii utiliſſimi parari ex convenientibus, quæ nimirum & cerebrum & partes nervoſas paulatim exonerant.

ANTIARTHRITICA
EXTERNA SIMPLICIA & COMPOSITA.

FOlia.] herbarum omnium, & reliqua quæ in Internis Simplicibus enumerata ſunt, hîc quoque locum habent.

Gum-

Gummi.] opopanax, bdellium, ammoniacum, ſagapenum, tacamahaca, terebinthina, myrrha & galbanum excalefaciendi, emolliendi ac digerendi vi arthriticis auxiliantur, articulorum tophos diſſolvunt, nervorumque nodulos ac durities diſcutiunt.

Aquæ deſtillatæ.] antipodagricæ Quercetani. antipodagrica D. Bornitii, Iuris Conſulti per Europam notiſſimi, quâ ad miraculum omnes dolores arthritici, à quacunque cauſa, leniuntur. liquor ſeu eſſentia ranarum, lumbricorum, item piſcis qui Germ. vocatur Peißker / per artem Chymicam extractus dolorem arthriticũ ſiſtunt ex cauſa calida, quod ſæpiſſime probatum. aqua nicotianæ compoſita, *de qua ſuprà* Quidam ſumunt raſuram C. C. & cum aceto roſar. vel flor. ſambuci coquunt, donec inſpiſſatur, illudque cum fructu dolenti loco applicant. alii ſumunt hoc acetum tepidum, in quo diſſolvunt theriacam & panno madefacto dolentem

L 5 locum

locum fomentant, & cum magna artis gloria dolores ſiſtunt.

Olea.] ex acinis uvarum expreſſum, myrtillorum, cheiri, roſarum cui lumbrici incocti vel cum ovor. albumine miſtum. rutæ, de lateribus, ceræ, juniperi è baccis & ligno, ſpicæ, lil. convallium, laurinum, hyperici, coſtinum, caſtorei, vulpinum, balſaminum, mellis, maſtichis, euphorbii, formicarum, cymini.

Unguenta.] anodynum Crollii, nervinū Auguſt., Aregon., Martiatum, de bdellio, dialthææ, item quod fit ex ſale torrefacto (alii malunt ſaltem juniperi) & c.ſ.q. olei roſarum mixtum. balſamum utrumque Crollij.

Emplaſtra.] de bryonia Aëtii, meliloti, diachylum. Empl. nervinum Sennerti ad dolores articulorum leniendos magnarum virum eſt. item Auguſtanorum. oxycroceum. Emplaſtrum ad tophos & callos reſolvendos vide apud Hartmannum in Praxi Chymiatrica.

diapal-

diapalmæ confert in omni arthritide; ſi ipſi addatur parum vini, terebinthæ & boli Armeni præſtantiſſimum eſt remediũ ad corroborandos articulos, etiam præſervativi loco adhibitum, *habet Pigræus in Chyrurgia.*

Cataplasmata.] Hollerii è mica panis cum lacte cocta, cui vitelli ovorum & crocus adduntur. poteſt ipſi adhuc immiſceri olibanum. item quod ex ſtercore vaccino, cùm præſertim herbis veſcuntur; ovillo, caprillo. aut F. catapl. & fomentationes è rad. altheæ, flor. chamæm., hyperici, fol. lauri, ſalviæ, chamæpit. lavend. baccis junip. farina ſem. lini, fænugreci, cum ol. lumbr. terreſtr. & terebinthina. item cataplasma è radicibus raphani ruſtici tuſis & coctis, aut rapis. Hermodactylus pituitam craſſam ex articulis trahit & expurgat doloresque omnes ſedat eſt enim theriaca juncturarum, propterea podagræ ac cæteris arthiditis differentiis cõfert, non ſumptus modò, ſed etiam externè

terne pro cataplaſmate admotus. *de interno v. ejus uſu vide Appendicem ubi reliqua ſpecifica Purgantia ſ. & compoſita proponuntur*. in doloribus v. à cauſa calida tantùm, & quando neceſſariò frigidis & ſtupefacientibus utendum eſt, cicuta unguenti formâ impoſita valdè prodeſt, item ung. nutritum ex lithargyro, & ceruſſa factum. populeum cum ol. roſar. mandrag. vel hyoſcyami & cydoniorum, vel ſeq. Pigræi ℞. mellis com. ℥ij. unguenti populei ℥j. album. ovor. N. ij. opii gr. ij. M. F. unguentum.

Balnea & pediluvia.] ex betonica, ſalvia, chamæpit. roſis, geranio, foliis quercus, baccis juniperi. vel ℞. artemiſiæ, abſinthii, origani, flor. chamæm. à Mij. aluminis, ſalis à Mj. lixivii è cineribus fagi parati q.ſ. Coq. pro balneo. utile etiam eſt pro corroboratione balneũ è ligno juniperi, ſi ramenta ejus in aq. chalybeata coquantur donec aqua tingatur, cui poſſunt aliquot unciæ ſalis vel aluminis addi. à balneo ungantur

partes,

partes oleis convenientibus. balneum è ligno juniperi factum magnæ virtutis eſſe ad arthritidem tollendã vide Matthiolum. Vinum etiam quantum bibitum nervis ac juncturis nocet, tantum in balneo iisdem prodeſt inquit Iulius Cæſar Claudinus. Conveniunt plurimum thermæ ſulphureæ, ſalſæ, nitroſæ, vitriolatæ & ex parte non a. multum aluminoſæ.

Nota.] mica panis recenter extracti ex clibano apponatur cervici illitæ oleo maſtichino in quo coquatur benzoè. eſt n. præſtantiſſimum remedium ad exhauriendũ fontem catarrhi, eumque inhibendum, *inquit Duretus in Annotationibus ad Caput Hollerii de Arthritide.*

ARTHRITICIS NOCIVA.

OMnia quæ Capiti ac Nervis noxia ſunt eosque debilitare poſſunt, Arthriticis etiã inimiciſſima exiſtunt. huc quadrant fortia omnia & medicamenta

menta potenter agentia, Chymica item pleraque, quia nervos nimiopere lædunt & afficiunt.

Frigida omnia nervis eſſe maximê exitioſa ex Hippocrate conſtat & extrà controverſiam eſt.

Nimis calida Arthriticos etiam lædere multis exemplis probarunt hactenus Empirici. undè Aëtius de theriaca aliisque ſimilibus medicamentis calidis ait; ea iis, qui calidiore ſunt temperamento præditi, non ſolùm nihil opis afferre, ſed & reſolutiones immedicabiles ſæpe inducere. ſic & decoctum ligni & aliorum quæ validè ſudorem movent, quia humidum radicale abſumunt & viſcera aliâs in arthriticis ſicca, amplius ſiccant & enervant; præſertim in podagricis bilioſis & gracilibus, in his n. non modò contracturam planè nihil impediunt, ſed potius eandem ſuâ ſiccitate, quam univerſo corpori inducunt, miris modis promovent. Conſultius his eſſet Livianum decretum ſuprà citatum.

Quoad Diætæ nocumenta benè obſervanda ſunt quæ in ſtomachicis nocivis diximus, cùm enim duæ præcipuæ arthritidis cauſæ ſint, articuli ſcil. imbecillitas ac ſuperfluus humor; utramque multùm augent & roborant cibi potusquè intemperantia, reliquique in Diæta errores & qui fiunt in Ira præſertim, ac Venere, quibus rectè Poëta canit:

Nec Veneris nec tu vini capiaris amore,
Vno namque modo vina Venusque nocet,
Vt Venus enervat vires, ſic copia Bacchi
Et tentat greſſus, debilitatq́; pedes.

Vndè Galenus *libro de theriaca ad Pamphylianum* inquit: nullum tàm præſtāns remedium eſt in Medicina, quod præſtare eam opem, quam pollicetur poſſit, cui victus ratio aut adverſatur, aut non adiumento eſt. *Et de curandi rat. per venæſect. cap. 7. ait*: Ei qui rectam victus rationem ſerrvare nequit, medicamenta præſcribere ſupervacaneum

neum eſt. Ex quibus liquidiùs conſtat: Diætam tàm ad curationem quàm præſervationem eſſe utiliſſimam & adeò neceſſariam ut ſine illa quodlibet medicamentum omnem Medici induſtriæ fructum perdat. Solent enim omnes, quorum res in pejus ituræ ſunt, ſaniora conſilia reſpuere, præſertim v. ægri.

Quare v. in ægritudinibus juncturarum & nervorum à vino abſtinendum ſit, vide ſuprà p. 20. & quia timemus humorum fluxum ad juncturas, à quarum debili calore vinum non bene digeri poteſt, & ob id acetat frequenter in iis, illasque mordicando multùm lædit præterea in vino præſertim generoſiſſimo, ſæpè acerrimus & ſumme pungens deliteſcit tartarus, qui non tantùm vehementiorum cruciatuum cauſa eſt, ſed & citiùs contracturam inducit. *alia v. ratio eſt de vinis medicatis modicè & ſecundũ præſcriptum uſurpatis.* vinum ſulphureum.

Ex-

Ex cibis nocent præcipuè ſalſi, acres, craſſi & qui multum tartarum & ſerum ſuppeditant. carnes ſuillæ, anſerinæ, & gallinæ Africanæ, Cyprini ſeu carpiones adeò podagricis infeſti ſunt, ut eorum eſu ſtatim vel non multò poſt dolores intenſiſſimi ſequantur, qui ægerrime ſedari poſſunt, quod & faciunt alii cibi qui multum phlegmatis ſuppeditant aut difficilius concoquuntur, intemperantia item cibi potusque. hanc enim magna humorum excrementitiorum colluvies ſequitur, de quibus vide Stomachica Nociva, & alia.

Omnis ad ſudorem nimium motus frequenter factus, præſertim v. qui fit ab equitatione in juvenili ætate. Nam dum Hippocrates *libro de Aëre, Aq. & Locis pag. mihi* 141., demonſtrare propriam cauſam vult cur Scythæ & divites præ aliis arthritide corripiantur, dicit: ab equitatione ipſa diuturni eos corripiunt articulorum dolores, nimirum propendentibus ſemper ex equis eorum cruribus (& vehementi motu

eorum.)

eorum.) Hoc itaque malum ſcil. arthritidem ditiſſimi Scytharum imò qui maximè & genere & potentia prævalent, ex nulla alia, quàm continuæ equitationis cauſa perpetiuntur: pauperes v. & infimi minùs, cùm non multùm equitent.

Plerumque autem priùs corripiuntur homines podagra quàm arthritide, quia hæ partes debiliores ſunt præ aliis, magisque moventur.

Valdè etiam nervos debilitat contrectatio frequens Mercurii, ipſiusque vapor, de quo vide Capiti, Dentibus & Hepati Nociva.

Topica opiata, ſtupefacientia, infrigidantia & incraſſantia tophorum generationem celeriùs promovent. his enim calor membri alâs debilis magis debilitatur ac extinguitur. convenit E. poſt illorum applicationem membra abluere cereviſia calente cum foliis chamæpityos cocta. nocent & Topica adſtringentia, quia ſic articulorum ſedes conſtringuntur, humor induratur

& ad

& ad reſolutionem ineptus redditur. immodicè v. reſolventia tenuiores quidem humores diſſipant, craſſiores autem relictos in tophos ac callos transmutant. Nulla prætereà Topica iis conveniunt, ſed cum damno potius ipſis adhibentur. *ex ſententia Sennerti*, qui Diætam non ſervant, nec evacuationibus utuntur; in his enim duobus ſtudium maximum.

A medicamentis internis multùm aperientibus, acetatisque in Arthriticis abſtinendum; priora enim ad fluxum materiam valdè diſponunt, acetum v. nervis maximè inimicum eſt.

Plurimis Arthriticis ad exhauriendum catarrhum & avertendum humorem ſeroſum commendantur fonticuli faciendi, qui tamen ſæpiùs obſunt quàm proſunt, de quibus videatur Sennertus. Et quorum calor naturalis ac nervorum deberet ſanguine foveri, per phlebotomiam enervatur, præſertim quos jam frequens corripuit Arthritis

thritis, & quibus corpus à natura frigidius ac imbecillius eſt, ii plus damni quàm auxilii ex venæſectione contrahunt.

Nota.] Quia duæ tantum ut diximus præcipuæ Arthritidis cauſæ ſunt, duo etiam medendi ſcopi indè tantùm proveniunt, qui ſi rectè tàm ab ægro quàm Medico obſervantur feliciorem effectum conſequuntur. medicamenta aurem fortiter purgantia magnoperè lædunt articulos & nervos debilitant, calefaciunt humores eosque exagitant & ad imbecilliores articulos propellunt. Cætera cura DEI.

2. Corinth. 1. ℣. 10.

Qui tulit auxilium fertq; feretq; DEus.

Ipſi Soli ſit Laus, Honor, Gloria.

Morbo-

Morborum ac Symptomatum omnium quæ ſub ſingulis Titulis comprehenduntur & certâ Methodo curari poſſunt ſequentibus:

I. Cephalicis: Dolor Capitis, Vertigo, memoria deperdita, convulſio, epilepſia, apoplexia, paralyſis, tremor, ſtupor, ſpaſmus, incubus, lethargus, coma, catalepſis, catarrhus, melancholia, delirium, mania, phrenitis, & omnis intemperies calida ac frigida Capitis.

II. Ophthalmicis: viſus imbecillitas, amavroſis, ſuffuſio, oculorum paralyſis, lachrymæ, nubecula, ophthalmia.

III. Acoviſticis: ſurditas, difficilis auditus, aurium ulcus, dolor, tinnitus, ſuſurrus, ſanguinis fluxꝰ ex auribus.

IV. Odonticis: omnes dentiũ affectus, odontalgia præſertim, ſcorbutus oris.

V. Paryngicis: oris interni, palati,

lati,uvulæ, tonſillarum & laryngis inflammatio, angina omnis, deglutitio impedita, vocis raucedo.

VI. Thoracicis: Diſpnæa, aſthma, orthopnæa, tuſſis, peripneumonia, pleuritis, empyema, phthiſis, hæmoptiſis, atrophia, febris hectica.

VII. Cardiacis: omnes febres continuæ & intermittentes, malignæ, peſtilentes, variolæ, morbilli, omnesq; morbi venenati lues Venerea, Elephantiaſis, venena exhibita. febris ſyncopalis, cardiaca, ſyncope, palpitatio cordis, mæſtitia à corde.

VIII. Stomachicis: ventriculi imbecillitas, difficilis concoctio, inappetentia, nauſea, ructus, inflatio ventriculi, ptyaliſmus ſ. ſalivatio, vomitus, cholera, ſitis immoderata, cardialgia, ardor ſtomachi, ventriculi laxitas, alvi fluxus, cæliaca, omnesque inteſtinorum morbi, lienteria, dyſenteria, Colica, iliaca, bulimus.

IX. Hepaticis: cachexia, anaſarca, aſcites, tympanites. icterus flavus, hepa-

hepatis obſtructio, imbecillitas, inflammatio, ſcirrhus, fluxus hepaticus. lues Venerea, Elephantiaſis.

X. Splenis vel Spleneticis: icterus niger, ſplenis obſtructio, ſcirrhus, dolor lateris, melancholia hypochondriaca, ſcorbutus.

XI. Nephriticis: iſchuria, dyſuria, ſtranguria, diabetes, renũ inflammatio, urinæ ardor, incontinentia, gonorrhæa, ulcus renum & veſicæ, ſanguinis mictio & puris, calculus renum ac veſicæ.

XII. Uterinis: ſuppreſſio menſium & inordinati, menſium fluxus nimius, fluor muliebris, gonorrhæa, uteri inflammatio, ſcirrhus, ulcus, partus difficultas, mola, abortus, ſterilitas, uteri levitas, prolapſus. fœdus mulierum color, cachexia, hydrops uterinus, furor uterinus & melãcholia. hyſterica paſſio.

XIII. Arthriticis: omnes articulorum dolores, coxendicum dolores ſeu iſchiadica, chiragra, podagra. arthritis vaga.

Purgan-

Digitized by Google

Purgantium proprie dictorum

I. CLASSIS,

in quâ tractantur,

CHOLAGOGA.

CASSIA.

Genus.

CAſſia (hoc loco) eſt fructus arboris cujusdam Indicæ, Pyri magnitudine, foliis mali perſicæ, floribus geniſtæ ſimilibus, luteis, garyophyllum redolentibus. Fructus hic eſt ſiliqua oblonga, rotunda, nigreſcens, exteriùs lignoſa, interiùs repleta medullâ multâ & nigrâ, ſeminibus quoque multis, rotundis & planis, membranis ligneis & transverſis à ſe invicem diviſis. Et appellatur *Caſſia Arabum* ab inventoribus, Actuario *caſſia nigra*, aliis *caſſia fiſtula* aut *ſiliquoſa*, item *caſſia ſolutiva*, ad differentiam *caſſiæ Græcorum* & *caſſiæ Poetarum*. Nam *caſſia græcorum* nihil aliud eſt, quàm *cinamomum* officinarum,

narum, vulgò *canella* dictum, & differentiæ gratiâ *caſſia lignea*, ſive *caſſia odorata* appellatur. *Caſſia Poetarum* eſt herba coronaria, quam Theophraſtus *Cneorum* appellat, cujus figuram proponit Matthiolus. Noſtræ caſſiæ pulpa tantùm eſt in uſu, quam *florem caſſiæ* & *caſſiam extractam* vocant; licet Fallopius & Manardus cannæ quoque & ſeminibus optimè contritis vim purgatoriam, eamque majorem, quàm ipſi pulpæ adſcribant: quam ſententiam non probant Ant. Muſa, & Garzias ab Horto.

Electio.

Eligenda eſt fiſtula inſignis, recens, ponderoſa & plena, quæ ſcil. concuſſa non reſonat, ſplendens, fortis ac intùs in pulpa pinguis. Nec antè uſum extrahi debet, cùm diutiùs repoſita pulpa penitùs aceſcat.

Qualitates.

Quoad *primas* qualitates non multùm eſt intemperata caſſia. Nam Avicenna lib. 2. cap. 197. ſcribit, eam in activis temperatam, in paſſivis nonnihil

item, qui alvo ſunt difficili, non multum juvat, niſi vitia ipſius corrigantur. Corrigitur autem, *quatenus* flatulenta, *ſemin. aniſ. fœnicul. citri* ad ʒß. vel ʒj. *quatenus* nimis lubricat, *pulver. cortic. myrobal. rhab. cinnam. maſtices*, maximè verò *ſemin. coriandr.* præparati: *quatenus* tardæ eſt operationis, acuitur opiatis vel tabulis purgantibus ad ʒij. vel ℥ß.

Doſis.

Datur plerunque pueris ad ʒiij. ℥ß. Adultis ℥j. ℥jß. ℥ij. Prægnantibus aut etiam imbecillibus ℥j. Si caſſia cum cannâ aſſumitur, doſis eadem. Communis caſſiæ & frequentiſſima doſis eſt ab ℥ß. ad ℥jß.

Modus exhibendi.

Accipitur caſſia formâ *boli* vel *potionis*. *Boli forma* ſi aſſumatur, hujus baſis eſt caſſia ad ℥j. vel ℥jß. pro neceſſitate: additis corrigentibus, aut partem affectam reſpicientibus ad ʒß. ʒj. vel acuentibus ad ʒij. ʒiij. plus minus, & cum ſ. q. ſacchari fiat bolus. v. g. In affectibus pectoris, R. *Caſſiæ recenter extra-*

ctæ ℥j. plùs minùs. *flor. ſulph.* vel alterius pectoral. pulver. ʒj. vel ʒß. *ſem. aniſ. aut* alterius corrigentis ℈ ij. cum *ſacchar.* fiat bolus. In febribus ardentibus, ℞. *caſſiæ* ℥ j. v. g. *ſemin. citr.* pulveriſat. ʒ j. cum *ſaccharo* fiat bolus. In renum ac veſicæ affectibus præſcribitur *caſſia* ad ʒ vj. cui adduntur *terebint.* lotæ *aq. parietar.* ʒ ij. cum *pulver. liquirit.* & *ſacchar.* ſ. q. fiat bolus. In gonorrhæa. ℞. *caſſiæ* q. ſ. pro indicatione, & miſcentur cum eâ, quæ ſemen ſupprimunt, ut *corall. maſtic. bolus oriental. trochiſc. de carab.* ad ʒß. ℈ ij. & cum *ſaccharo* fiat bolus, optimum medicamentum. Si acuenda eſt vis caſſiæ, ℞. *caſſiæ* ʒ vj. ℥ß. opiat. vel tabell. purg. v. g. *diaprun. laxat.* vel *electuar. de ſucc. roſar.* ʒij. ʒ iij. *ſem. coriandr. præpar.* ℈ij. cum *ſacchar.* fiat bolus. In iis, qui lubricâ ſunt alvo, adduntur alia purgantia roborandi & adſtringendi vi prædita. v. g. Ad *caſſiæ* ℥ j. ſume pulver. *rhab.* vel *cortic. myrobalan.* ʒ j. cum alicuius ex corrigent. ʒ ß. & fiat cum ſaccharo bolus. Quod ſi *formâ potionis* aſſuma-

ſumatur, ſumendus erit aliquis liquor, in quo poſtea diſſolvenda eſt casſia. Liquor autem vel eſt aq. deſtill. v.g. *acetoſ. end. cichor.* vel decoctum ex plantis idoneis. Sume v.g. *casſiæ* ℥ j ß. quam diſſolve in ſ. q. liquoris, fiat potio. Hodie Lutetiæ casſiam exhibent ex infuſione, qui modus eſt omnium optimus: quia casſia in formâ boli ingrata eſt ob nimiam quantitatem, diſſoluta verò cum liquore idoneo, potiones nimis reddit ſpiſſas. Proinde ſatius eſt, ſi caſſia infundatur in aliquo liquore in loco calido, & in infuſi colati ſ. q. diſſolvatur, ſi opus aliud quoddam catarthicum, & ita exhibeatur, v.g. in febribus ardentibus, ℞. *aq. acetoſ.* q. v. in quâ infunde *casſiæ recent. extr.* ℥ j ß. vel minùs. In colaturæ ſ. q. diſſolv. *elect. de ſucco roſar.* ℥ ij. plùs minùs, fiat potio.

MANNA.

Genus.

Mannæ vox ambigua eſt. Vel enim de mannâ thuris intelligitur, quæ nihil

 eſt

eſt aliud, quàm micæ thuris concuſſu eliſæ, dum convehitur, vel mannæ voce intelligitur ros condenſatus. Hoc loco poſteriorem mannam intelligimus. Hujus variæ quidem ſunt differentiæ à provinciis petitæ, ea tamen in officinis uſitata eſt, quæ communiter *Calabrica* nominatur: quia in Calabria circa canis ortum, ex Fraxino & Orno, ab incolis in uſum medicum colligitur, quæ duplex, *granata*, quod minoribus granis conſtet, & *maſticina*, quæ majoribus, & maſtices guttis propè æqualibus. Illa *manna foliorum* appellatur, quod ex foliis colligatur: hæc *corporis*, quia ex ramis arboris habetur. Eſt autem hæc manna cœleſtis omninò, h. e. cœlitùs delapſa foliis inſidet, non autem gummi inſtar ex arbore exudat & concreſcit, ut voluit Altimarus & Monachi, qui in Meſuem ſcripsêre: quia non ſolum in arborum foliis ſpectatur, ſed etiam in pratis, adeò ut fœniſecæ, ob mannam à Sole ſolutam, falces ab herbis nequeant explicare. Quòd verò ex Fraxino

tantùm

Digitized by Google

tantùm & Orno colligatur, in cauſa eſt occulta poteſtas Fraxini ad mannam, quæ ſola manna in ſe cohibet ac condenſat, cùm ex reliquis arboribus eadem inſtar mellis ſtatim defluat in ſubjectas herbas.

Electio.

Eligenda candida, recens, anno non vetuſtior: (rufa enim & fuſca inveterata eſt,) rotunda, cuius grana diſrupta non ſunt ſpongioſa, nec cinericia, ſed ſolida & alba.

Qualitates.

Avicenn. & Meſ. temperata. Averrhoi calida & humida. Aperit, emollit, lævigat. Alvum blandè movet: bilem educit, & ſeroſos humores purgat. Aſperæ arteriæ & thoraci dicata. Hinc utiliter uſurpatur in febribus hecticis, ſiti extinguendâ. In febribus ardentibus minùs prodeſt, ob dulcedinem, quam propter facilè in bilem mutatur. Vtero gerentibus & pueris tutò exhibetur.

Corrigentia.

Corrigitur, quia flatulenta , *cinnamom. aniſ.* vel *zingib.* momento : quia tardæ operationis, acuitur *ſyr. roſar. ſolut.* vel decocto purgante leviter : quidam addunt *diagrid.* gran. ij. iij. iiij.

Doſis.

Ab ℥ j. ad ℥ j. ℥iij. communiter ℥jß. Pueris ℥j. Meſ. à ʒ vj. ad ʒ xv. ſed fortè intellexit mannam optimam maſticinã.

Formula.

Exhibetur *formâ potionis* diſſoluta aut in jure pulli gallinacei, in quo vix percipitur : aut in ſero lactis, aut in decocto aliquo, aut in aqua convenienti. In colicis cum oleo amygdal. cui aliquid addendum vini malvatici. Aliquando mandenda præcipitur.

TAMARINDI.

Genus.

Tamarindus eſt fructus arboris cujusdam Indicæ , quem Arabes ad genera palmularum ſive dactylorum referunt, ac

ac ſi eſſet palmæ ſylveſtris Indicæ fructus, q.d. dactylus Indus ſive palmula Indica: *tamar* enim eorum linguâ, *dactylum* ſive *palmulam* denotat. Verum hunc fructū non propriè vocârunt dactylos, quaſi eius arbor è palmarum eſſet generibus, aut ſimilis palmæ, ſed reſpicientes ad ſimilitudinem fructus, qui etiam oſſicula in ſe continet, ſicut dactyli, cum aliud nomen aptius non invenerint. Cæterum huius fructus pulpa tantum eſt in uſu abjectis nucleis.

Electio.

Optimi ſunt tamarindi, qui ſunt pingues, ex obſcuro rubentes, acidi & molles: unde Oxyphænica dicuntur.

Qualitates.

Frigidi ſunt & ſicci ordine ſecundo Meſuæ: & quidem intenſo Braſavolæ: Averrhoi autem tertio. Leniunt humores præaſſatos, ac demulcent bilem. Alvum cient, & bilem ſolvunt. Proinde utiliter uſurpantur in vomitu, ſiti extinguenda, inſania, obſtructis, hydropicis, arquatis & lienoſis. Faciunt etiam

ad omnes cutaneas exulcerationes à ſanguine præaſſato, ſcabiem videlicet, lepras, vitiligines & lichenas.

Correctio.

Nocent frigiditate ſuâ ventriculo frigido, & tardæ ſunt operationis. Proinde corriguntur *maci, maſtice, cinnamom.* vel *ſpicâ.* Acuuntur *ſero caprino, ſucco fumar.* vel *lupulor. manna* vel *caſſia.*

Doſis.

Ab ℥ j. ad ℥ ij. ℥ iij. quæ variat ratione modi exhibendi.

Modus exhibendi.

Exhibentur *forma boli* vel *potionis. Forma boli* ſi exhibendi, tunc eorũ ſubſtantia piſtillo ſubacta, per ſetaceum cribrum eliquatur, & poſteà additis corrigentibus, (doſi in caſſià dictâ,) cum *ſaccharo* fiat bolus. At plerunq; non ſoli tamarindi exhibentur, ſed ad *pulpæ tamarindor.* ℥ß. additur *caſſiæ* ℥ j. & additis corrigentibus, ut dictum, cum *caſſia* fiat bolus. *Potionis formâ* uſurpantur in *infuſo* vel *decocto. Infuſio* fit ita. Macerantur in aquâ endiviæ ad horas tres, poſteà

poſteâ expreſſione factâ, cum ſaccharo exhibetur colatura. *Decoctum* ita fit. ℞. *Tamarindor.* ℥j. coq. in *ſeri lact.* vel juris alterati *lupulo* vel *fumariá* ℥x. ad conſumtionem ℥ij. Colentur per linteum denſum. Cape de colaturâ ℥ ij. ℥ v. ℥ vj. cum *ſaccharo* fiat potus. *Doſis* decocti & infuſi eadem eſt, ab ℥ jj. ad ℥ v. ℥ vj,

SVCCVS ROSARVM.

Roſæ, in officinis uſitatæ
- Albæ
  - *Vulgares.*
  - *Moſcatæ.*
- Puniceæ, ſive rubræ.
- Pallidæ, ſiv. incarnatę.

Genus.

Eſt ſuccus elicitus ex roſis pallidis ſive incarnatis, vel etiam albis; non vulgaribus tamen illis, quibus paſſim roſeta florent, verum Damaſcenis ſive moſcatis.

Electio.

Electio.

Melior eſt ſuccus ex roſis moſcatis, ſive Damaſcenis vocatis, quàm pallidis: prætereà ſuccus roſarum completarum quoque melior eſt.

Qualitates.

Hic ſuccus calidus eſt & ſiccus primo gradu: etſi roſæ frigidæ ſint primo & ſiccæ ſecundo: ratio ſecundum Meſ. quia eſt à ſubſtantiâ terreſtri & frigidâ ſecretus. Diſcutit, abſterglt, deobſtruit: purgat bilem, & aquas citrinas, maximè: menſes movet: quare gravidis non propinatur. Hepati ac cordi confert: hinc obſtructioni hepatis, & palpitationi cordis opem fert, febribus item bilioſis: [purgat enim humores cauſantes hos affectus.] Viſcera purgando ſimul corroborat: & nulla in eo malignitas.

Doſis ac Modus.

Ab ℥ j. ad ℥ ij. cum aquâ ſaccharatâ, aut ſecundum Meſ. cum ſero lactis aut melle, exhibendo ℥ j. ſucci roſ. cum ſeri lact. ℥ ij. ℥ iij. Apud nos verò paratur:

tur infuſio roſar. pallidar.; ex hâc verò ſyr. roſ. ſolut. ſimplex (Mucharum) & compoſitus, item mel roſar. ſolut.; ex ſucco verò paratur elect. de ſucco roſarum; ſed rubrarum.

RHABARBARVM.

Genus.

Per antonomaſiam ſic vocatur radix quædam inſignis populi Barbari, ſeu Indici, vel provinciæ cujusdam Barbaræ, Troglotidicæ dictæ, ſed malè. Nam ut autor eſt Garc. ab Horto lib. 1. c. 37. & Linſcot. part. 4. Ind. orient. cap. 29. nullum eſt rhabarbaricum aut Indicum, ſolummodò Chinenſe; quia nullibi niſi in Chinâ, provenit: unde per Tartariam Ormuz defertur; & hinc in Indiam, ac iterum per Tartariam in Turciam, hinc Venetias; undè reliqua regna Europæ petunt. Radix hæc Dioſcordi & Galeno ignota fuit, undè malè quidam rhaponticū Dioſcoridis & Galen. cum noſtro rhabarbaro confundunt: nam rheum Dioſc. non habet vim purgatri-

gatricem, & notis veri Rhab. caret. Rhabarbarum enim ſubſtantiâ compactum eſt, ponderoſum & aridum, ſapore amarum. odore acre: colore exteriùs ſub nigro ac rufeſcente, intùs ex rufo flaveſcente, & ad nucis moſchatæ colorem internum accedente, ac maceratum vel manducatum tingens croceo colore. Rhaponticum non eſt compactum, ſed rarum; non ponderoſum, ſed leve; non aridum, ſed lentum; non amarum, ſed ſubacre; non odoratum, nec colore ſimile rhabarbaro. Neq; etiam pſeudorhabarbarum illud monachorum, ſeu hippolapathum Dioſcoridis cum hoc noſtro debet confundi, nam huic genuini Rhabarbari vires non ſunt.

Electio.

Eligendum eſt rhabarbarum, quod ad notas prædictas, quàm proximè accedit.

Qualitates.

Calidum & ſiccum eſt ordine ſecundo

do Meſuæ. Quod tamen ſimpliciter & citra diſtinctionem intelligi nequit: nam ex eodem Meſue Rhabarb. duplici conſtat ſubſtantiâ; craſſiore unâ & adſtringente, quæ aquea eſt & terrea: alterâ tenuiore, quæ aërea eſt, & ignea. Ob duplicem hanc ſubſtantiam miſtam habet temperaturam, & conſequenter etiam miſtas facultates. Ratione enim tenuiores ſubſtantiæ facultatem habet purgandi bilem & pituitam, ac deobſtruendi, ratione craſſioris ſubſtantiæ purgando ſimul adſtringit. Si *partes* ſpectes, hepati maximè dicatum eſſe remedium, quod maximè confortat, undà è nonnullis anima hepatis, & theriaca hepatis vocatur. Quoad *effectus*, confert omnibus affectibus ab obſtructione natis, E. G. Ictero, hydropi, tumori ſplenis, febribus putridis diuturnis, dolori hypochondriorum punctorio, ratione ſc. tenuioris ſubſtantiæ. At ratione craſſioris & adſtringentis ſummè inſuper confert vomitioni, lienteriæ, dyſenteriæ, ſputo cruento, ſanguini unde-cunque

cunque erumpenti, ruptis & contuſis. Nocet tamen iis, qui patiuntur ardorem ruinæ, quem auget, quia diureticum eſt ac veſicam petit. Omni etiam tempore tutò datur, ac ex morbo convaleſcentibus.

Correctio.

Corrigitur ipſius tarditas *cinam. ſchœnanth.* ad ℈ß. ℈j. *ſpicâ* ad gr. iij. iiij. pro ʒj. rhabarb. ab hâc tamen abſtinendum in gravidis, febribus, & iis, qui facilè vomunt. Quidam corrigunt *maſtice*, ſed præſtat Rhab. primùm irrorare aquâ vitæ, & poſteâ infundere liquoribus convenientibus.

Doſis.

In ſubſtantiâ exhibet Meſ. à ʒj. ad ʒiiij. in infuſo à ʒjß. ad ʒiij. Hodiè in ſubſtantiâ nullus exhibet ultra ʒj. vel ℈iiij. in infuſo rarò aſcendimus ad ʒij. nunquam ad ʒiij.

Modus exhibendi.

Datur vel in *ſubſtantiâ*, vel in *infuſo* aut *decocto*. *In ſubſtantiâ*. ubi adſtringendi

gendi ſimul conſilium eſt, & ubi majore adſtrictione opus, rhabarbarum inſuper torrefieri debet. In *infuſo* aut *decocto*, ubi magis animus eſt purgandi: nam macerando vis purgatrix tenuior in humorem transfertur, adſtringens verò & terrea remanet. *Subſtantia* ipſius variis modis exhibetur. 1. *Formá pilularum*: ſic plures ſunt maſſæ pilularum officinalium recipientes rhab. ut *pilul. aggreg. pil. de tribus*, & *pil. ſine quib. pilul. de rhab. Meſuæ*. 2. *Formâ potionis*, ſolvendo pulverem *rhab.* in liquore idoneo, putâ juſculo, *ſera lactis caprini*, aq. deſtill. convenienti, ut *plantag. apii. intybi*, *vino albo*, additis corrigentibus, interdum etiam *ſyrupo roſ. ſolut.* ℞. v. G. liquor. ℥ij. plùs minùs, *rhab.* ʒj. ℈iiij. corrigent. ℈ß. ℈j. ſyr. roſ. ſolut. ℥j. Fiat potio. 3. *Formâ boli*: miſcendo pulverem ipſius cum *caſſiâ*, *paſſul. caric. ſaccharo roſaceo*: vel cum *ſucco roſar.* aut *ſyrup. roſar. ſolut.* cum pauco *cinamom.* & *ſacchar.* in conſiſtentiam boli, quem Solibus æſtivis parùm fermentari permittimus. 4. *Formâ rotula-*

rum.

rum, pro pueris. ℞. *Rhab.* ℈j. cum *ſacchar.* ſolut. aq. conven. ſ.q. fiant rotulæ, quas pueri facilè comedent. 5. *Forma placentularum*, etiam pro pueris, rhabarbaro melle ſubacto & cocto ad cõſiſtentiam placentæ. 6. *In formá cydoniati* miſcendo rhab. cũ diacydonio inter coquendum. Vel ſume malum cydonium, & dividatur, ac ſublatis loculamentis & cellulis ſeminum imple cavitates pulvere *rhab.* vel *ſenæ.* aut *cartham.* aut *agarici*: deindè uniantur partes, & papyro involvantur, coquantur in clibano, vel foco ad tabẽ: hinc ſolvatur, & abjectis medicamentis pulpâ manducetur. *Infuſum* rhabarb. etiam variè exhibetur. 1. Communiter *rhab.* cum corrigent. maceratur in liquor. idonei ſ.q. vel ℥ij. ℥iij. &c. & poſteâ exprimitur: expreſſum ſumitur, vel in eo inſuper diſſolvitur *ſyr. roſ. ſolut.* ℥j. aut *electuar. de ſucco roſar.* ʒj. ʒjß. &c. fiat potio. 2. *Forma placentularum* pro pueris, ſumendo infuſionem ipſius, addendo farinam vel pulverem panis, quibus ſimul mixtis fiat paſta, ex quâ formantur

placen-

placentulæ. 3. *Vel* hâc ratione pro delicatulis. ℞. *Rhab. pulveriſat.* q.v. infunde in *aq. vitæ* ad extantiam iiij. digitorũ, in B.M. per quatriduum, coloratũ vinum effunde, & novum infunde, idq; toties, dum color nullus reddatur. Infuſionem hanc deſtilla, & ad reſtibilis ſucci in fundo ℥j. adde *ol. cinamom.* ℈ij. Pro infantibus ac prægnantibus pretioſum ac innoxium. *Doſis* ℈j. cum vini albi cochleari. *Decoctum Rhabarb.* paratur coquendo ex tempore Rhabarb. cum corrigentibus in liquoris idonei ſ.q. poſteà exprimendo: expreſſum deindè ſumitur, vel in eo inſuper diſſolvitur *ſyr. roſar.* vel *electuar. de ſucco roſ.* ut ſuprà.

ALOE.

Genus.

Aloe, eſt ſuccus concretus plantæ cujusdam, quam deſcribit Dioſcorides lib. 3. cap. 21. quæ foliorum effigie ſedum majus refert, & ob vivacem ejus naturam ſempervivum marinum à quibusdam vocatur. Ejus duo ſunt genera: *aloe cabal-*

caballina, ſic dicta, quòd veterinarii ipsâ utantur ad purgandos equos, aſinos, mulos; & *aloe hepatica*, quòd hepatis modo coacta ſit, cujus differentia laudatiſſima eſt *ſuccotrina*, ſic dicta, non à ſucco citrino, ut voluit Fuchſius l. 1. d. compoſ. medic. c. de aloë, ſed à ſolo natali Socotra Inſula: hinc nonnulli ſuccotrinã peculiarem differentiam conſtituunt, diſtinctam ab hepatica; cùm differant tantùm gradu bonitatis.

Electio.

Eligenda eſt aloë ſuccotrina: nam caballina eſt tantummodò fæx & ſedimentum aloës, hepatica verò deterior eſt ſuccotrinâ. Notæ verò optimæ aloës ſunt *ſubſtantia*, *pondus*, *color*, *odor*, *ſapor*, in quibus ſingulis conditiones quædam ſpectandæ. *Subſtantia* ipſius debet eſſe ſolida, ac hepatis modo coacta, friabilis tamen, & facilè liqueſcens, ſi in aquâ ponatur, non arenoſa, ſed pinguis ac lævis. *Pondere* levis eſt, quoque levior, eò præſtantior, quia indicatur ex levitate, non eſſe admixtam arenam. *Coloris* eſt

ſubfla-

ſubflavi vel rufi, pellucidi & tranſparentis; opaca enim & obſcura ſignum eſt vetuſtatis. *Odoris* eſt boni, ad odorem myrrhæ, inclinantis. *Saporis* ſecundùm Galen. parum adſtringentis & multum amari.

Qualitates.

Calida eſt ordine ſecundo remiſſo, vel primo intenſo, & ſicca tertio, ſecundùm Galen. quamvis, eodẽ autore, non ſimplicis, ſed miſtæ ſit naturæ: nam modicè etiã adſtringit, licèt valdè amara ſit. Quoad *ſecundas* qualitates, intùs ſumta habet vim aperiendi orificia venarum, & abſtergendi partes, quas permeat: ob id vitanda his, qui hæmorrhagiæ obnoxii ſunt ex ore, alvo, utero: hinc noxia prægnantibus. Purgat bilem & pituitam craſſam: bilem ſuâ ſubſtantiâ: craſſos verò & pituitoſos humores vi ſuâ abſterſoriâ; ſed ultra hepar non aſcendit ipſius vis; evacuat enim tantùm ex primis venis. Galen. 8. compoſ. med. local. in hieræ mentione. Quoad *partes*, ventriculo maximè dicata eſt, ſi quicquam

quam aliud, inquit Galen. & Meſue ipſi prærogativam tribuit ſuper omnia purgantia in ventriculo roborando. Prodeſt etiam capiti per conſenſum ventriculi affecto; oculis item & hepati. Quoad *affectus* & morbos, utiliſſimè adhibetur in nauſeâ, cruditate, lumbricis, ictero, cachexiâ, lippitudine, ſomnô turbulentô citra febrem, &c. *Temperaturis* prodeſt frigidis & humidis: ſiccis verò, ut bilioſis juvenibus & ſenibus, aut extenuatis, ut hecticis, nocet, niſi quàm ingens eſt humidorũ excrementorum proventus. Hinc etiam ventriculo, ac hepati calido ſicco, & frigido ſicco obeſt. Febricantibus quoque cautè adhibenda.

Correctio.

Tria ſunt in aloë, quæ correctione egent. 1. Quòd tardæ ſit operationis. 2. Quòd debilis ſit operationis. 3. Quòd anaſtomotica eſt, & orificia venarum aperit. Primum incommodum corrigendum eſt, additis aromatibus eſſentię tenuioris & acribus; ut ſunt, *macis, nux moſcat,*

moſcat, *garyophylli*, *cinamom. ſpica nard. calam. aromat. cubeb. ſchœnanth. crocus.* Alterum incommodum corrigitur à Ruffo quidem additâ *terebinthina*, vel aliâ reſinâ acriore: Meſ. verò admiſcet alia purgantia, ut *colocynth turbith.* & ſimilia: Recentiores verò abluunt eam in decocto rhabarb. vel infuſione roſar. & ſic reddunt robuſtiorem. Tertium vitium corrigitur cõmiſcendo *maſticem*, *tragacantham*, *bdelliũ* & ſimilia. Vel abluendo eam aquâ endiviæ aut cichorii: quia hæc ſimplicia frigida & humida bonam partem ſubſtantiæ medicamentoſæ illi lotione ſubtrahunt. Recentiores omnem noxam aloës corrigunt ſequentibus præparationibus. 1. Quidam ita præparant: ℞. *Aloes* ℔j. *aceti roſac.* part. ij. *aqu. roſar. odoratiß.* part. j. amborũ ſc. q. ſ. Bulliant ſimul bis vel ter, colẽtur ac exprimantur. Quod colatum eſt & expreſſum lento igne ſemper agitando, coquatur ad priſtinam aloës conſiſtentiã, ac reſervetur in uſum. 2. Alii aloëm ſuccotrinam infundunt in ſuccis quibusdam

busdam, v.g. *borraginis, bugloſs. violar. roſar. rubr. carduibenedict. veron. chamæpyth. camomill.* ſolis vel mixtis invicē; ſumendo ℔ß. *aloes*, ſuccorum ℔jß. vel plùs etiam, exprimendo poſteà & coquendo ad ſpiſſitudinem. 3. Alii pulverem aloës nutriunt *ſero lactis, ſucco roſar.* vel *endiv.* & ad Solem vel fornacem, aut in B. M. exiccant: exiccatā iterum in pulverem redigunt, novum ſuccum affundunt, ac denuò ſiccant: tandem tertiò, vel etiam ſæpiùs nutritam & pulveriſatam aloëm novo ſucco imbuunt, & in cōſiſtentiam redactam, vel omninò exiccatam, uſui reponunt. 4. Alii denique parant eam in formam *extracti.* ℞. Aloës ſuccotrin. q.v. affunde *ſpiritus vin.* vel *aqu. end. acetoſ.* q.ſ. maceretur in B. M. donec liquor coloretur, qui deindè ſeparetur per inclinationē, & recens affundatur, toties reiterando, dum nullum ampliùs colorem liquor affuſus reddat. Tandem omnis humor collectus & tranſcolatus, redigatur in conſiſtentiam extracti exhalatione vel deſtillatione. Servetur ad uſum.

Doſis.

Doſis.

A ℥ j. ad ℥ ij. Meſ. Infuſa ab aureo uno, h. e. ℥ j. ad ℥ iij. cum ſc. purgandi conſilium eſt: quòd ſi tantùm alvus ſolvenda, exhibetur à ℈ j. ad ʒ j. conſideratis tamen conſiderandis.

Formula.

Exhibetur 1. *Formâ potionis* in decocto aromatum ſuprà dictorum, aut ſero lactis macerata & expreſſa, ſed hæc forma propter nimiam amaritudinem reſpuitur, niſi in affectibus ſopotiferis ad facultatem ſopitam excitandam. 2. *Formá electuarii*, ut in hiera picra Galeni. Sumendo ſcil. aloëm cum ſuis corrigentibus, & cum melle coquendo in conſiſtentiam electuarii. *Aloes* ſunto partes tres, corrigentium una, *mellis* triplum, vel quadruplum ad pulverem. 3. *Formâ pilularum*, idque uſitatiſſimè: ſic omnes ferè pilulæ officinales aloëm recipiunt. Pilulæ autem ex aloë variè formantur, pro varia aloës præparatione. Quòd ſi enim veterum more corrigatur & præparetur aloë, ſumuntur

eius part.ij.corrigent. pars j.& cum idoneo ſucco vel liquore formatur maſſa pilular. Ita fiunt *pilulæ de aloe lota* incerti autoris, ex aloës ſucco roſ. lot. ℥ j. agar.trochiſc. ʒ iij. maſtic. ʒ ij. ſpec.diamoſch. dulc. ʒß. cum vino malvatico. Quòd ſi verò ex recentiorum ſententia præparetur, tunc vel ex ea præparata ſola ac per ſe poſſunt formari pilulæ, cum aliquo liquore, ſi opus: ſic ex aloë roſata formantur cum vino pilulæ, ex ʒ j. quot voles: vel inſuper poterit addi ſuccus aliquis inſpiſſatus, vel alius liquor cum corrigentibus aut dirigentibus, & formari pilulæ, quarum doſis à ℈ j. experiundo ad ʒ j. vel plus. Ita parantur pilulæ Angelicæ dictæ.

MYROBALANI.

Genus.

Myrobalani ſunt prunorum quædam genera, quæ Avicennæ & Serapionis interpres Myrobalana vertit, citra rationem. Nam Myrobalanos ſignificat nucem, vel glandem unguentariam, ex

qua

qua oleum ad pretioſa unguenta exprimitur, de qua Dioſcor. lib. 4. cap. 154. At noſtra Myrobalana nec glandium ideam referunt, nec pretioſum unguentum redolent. Sunt autem eorũ quinq; genera in officinis uſitata, à diverſis arboribus producta. *citrinæ, chebulæ, indæ, emblicæ, & bellirica*: quarum cortex tantùm in uſu. *Citrinæ* dicuntur à colore citrino, corticem habent parvum ac tenuem, nucleum magnum. *Chebulæ* maximæ ſunt omnium & longiſſimæ, rugoſæ & anguloſæ, parvum habentes nucleum. *Indæ* parvæ ſunt & valdè nigræ. *Emblicæ* fragmenta potiùs ſunt, quàm integra pruna. *Belliricæ* rotundæ ſunt inſtar gallæ, corticem ac nucleum craſſum habentes.

Electio.

Citrinæ commendantur, quæ in viridi flaveſcunt, ponderoſę vel graves, quia carne multâ & denſâ infarctæ, gummoſæ, ſi frangantur, oſſis exigui. *Chebulæ* præſtant, quæ præ cæteris craſſiores, colore nigro purpuraſcente, & quæ in a-

quam dejectæ fundum quàm citiſſimè petunt. *Indæ* excellunt, quæ maximè nigricant, craſſæ, ponderoſæ, nullo intùs oſſe, & quæ confractæ in unum cõpactæ cernuntur. *Emblicæ* laudantur, quæ in majora, craſſiora, denſiora, & ponderoſiora fruſtra dividuntur, & quę minus oſſis quàm pulpæ habent. *Bellirica* optimæ ſunt magnæ, multa & denſâ carne, graves, & quibus craſſus ſit cortex.

Qualitates.

Myrobalani omnes frigidæ ſunt primo, & ſiccæ ſecundo gradu, exceptis emblicis, quas Meſ. dicit, frigid. & ſicc. in primo tantum gradu: ſed intellige admodum intenſo. Vnde quoad *ſecundas qualitates*, omnes purgando ſimul adſtringunt: hinc fluxionibus omnibus dicatæ, & hæmorrhoidibus conferunt. Ventriculo, cordi, ac jecori dicatæ. In ſpecie autem *citrinæ* ſunt Cholagogæ, *Indæ* melancholiam ducunt & exhilarant. *Chebulæ* & *Emblicæ* phlegmagogæ ſunt. *Belliricæ* ea omnia poſſunt, quæ priora.

Corre-

Correctio.

Corrigitur adſtrictio ipſorum additis aperientibus & urinam cientibus, ut ſunt ſem. odorata: vel ſi fricentur, & inungantur *oleo amygdalar. dulc.* vel *butyro*, dum attenuantur & comminuuntur.

Doſis.

Pulver. ʒij. Decocti aut infuſi ℥ß. ʒvj.

Modus.

Exhibentur vel *condita*, vel in *infuſione* aut *decocto*. *Condita*, ſi roborandi conſilium, ſumendo pluribus diebus unam à cibo. In *infuſo* vel *decocto*, ubi magis vacuandum. Coquuntur autem vel infunduntur in aqua, jure, ſero, & vino ad ʒ vj. per ſe, vel ℥ß. cum aliis, additis corrigentibus. In expreſſione dein alia ſolvuntur, ut dictum in Rhabarbaro.

SCAMMONEA.

Genus.

Eſt ſuccus concretus plantæ eiuſdem nominis, qui ex incisa radice lactei ſucci plena colligitur & reſervatur. Cujus

variæ ſunt differentiæ ratione loci natalitii apud Dioſcoridem, Plinium & Meſuem: optima tamen eſt Antiochena.

Electio.

Notæ optimi Scammonii ſunt *ſubſtantia, pondus, color, odor & ſapor. Subſtantia* læve eſt, rarum & fungoſum, inſtar ſpongiæ tenuiſſimis foraminibus ſeu fiſtulis: friabile ac tenerum, pulveratu facilimum, ac citò liqueſcens. *Pondere* quam leviſſimum Plinio. *Colore* ſplendidum ac nitidum: inſtar gummi, translucens inſtar glutinis taurini: cùm frangitur, fulvum, linguæ verò affricatum, vel aqua dilutum, lacteſcens. *Odore* non tetro, licet non ſuavi. *Sapore* inſipidum, neque vehementer linguam excalefaciens, quod admiſti tithymali argumentum eſt.

Qualitates.

Temperamento calidum eſt, & ſiccum ſcammonium, & quidem ordine tertio ſecundum Meſuem, ac proinde calidis & ſiccis naturis nocivum. A cujus tamen ſententia cogimur diſcedere;

nam

Digitized by Google

nam ſi legitimum ſit ſcammonium, nec tithymali ſucco adulteratum, ſtatuendum potius calidum & ſiccum moderatè, quandoquidem nec acre guſtu, nec amarum, ut malè ſentit Meſ., ſed potiùs inſipidum. Purgat à partibus remotis bilem tenuem, aquas citrinas & ſeroſos humores confertim; magna enim trahendi facultate eſt præditum. Hinc ſi paulò largiore copia ſumatur, humores acres confertim attracti & prolapſi in inteſtina, gravia inducunt ſymptomata; nam acrimonia ſua inteſtina abradunt, unde tormina, dyſenteria & teneſmus: venarum item orificia aperiunt, unde immoderatæ alvi fluxiones nonnunquam ad ſanguinem usque: præterea flatus quosdam mordaces expirant, quibus cor, hepar & reliqua viſcera conturbantur, & ventriculus usque adeò laceſſitur, ut ſumentibus nauſeam concitet: denique acrimonia ſua ſpiritus corporis inflammant, hinc febres facilè excitantur. Quæ omnia ſymptomata Meſ. & alii propriæ ſcammonii natu-

Digitized by Google

ræ adſcribunt, cùm potiùs humoribus mordacibus, quos propria quadam facultate confertim attrahit, accepta ſint ferenda, quandoquidem purum ac legitimum ſcammonium talem naturam non habeat, qualem ipſi attribuunt.

Correctio.

Corrigitur ſcammonium, quia creditur prædicta ſymptomata per ſe excitare, cum adſtringentibus, refrigerantibus, lenientibus, cardiacis, hepaticis, ſtomachicis: ex quibus variæ fiunt præparationes ſcammoneæ, quas videre licet apud Meſuem. Vſitatiſſima tamen correctio fit cum *ſucco cydonior. cortic. myrob. citrinor. & maſtyce.* ex quibus ſ. a. fiunt trochiſci: ad ℔ j. *ſcammon. electi* ſumuntur *cortic. mirobalan. maſtic.* ana ℥ ß. *ſucci cydon.* ℔ ß. & ℥ ß. fiant trochiſci. Vel ſcammonium tritum in malo cydonio excavato, & paſta obvoluto, coquitur in clibano aut prunis. E pomo refrigerato ſcammonium eximitur & uſui reſervatur. Vera autem ſcammoneæ præparatio fit cum ſucco limo-

limonum depurato, in quo diſſolvitur in B. M. & fervens adhuc per linteum transmittitur, quo pacto craſſa & impura eius ſubſtantia, quæ non niſi noxam parit, ſecernitur. Scammonium ſic præparatum ac correctum appellatur Diagrydium.

Doſis.

Doſis præparati ſcammonii, h.e. diagrydii à gran. vj. ad gr. xij. ℈j. Meſ. à gr. v. ad xij. Dioſcor. & Ruffus usque ad ʒj. Paulus & Aëtius uſque ad ℈ ij. Quicquid ſit, Græcorum ſcammonium fortè mitius erat, nec ut hoc tempore ſucco tithymali adulteratum: ſtandum itaq; potius in doſi Meſuæ, quam Græcorum: ut doſis infima ſit gran. v. vel vj. media gr. xij. ſumma gr. xv. vel ℈ j.

Vtendi modus.

Vſurpatur diagrydium, *formâ potionis, boli, electuarii, pilularum, pulveris.* Po*tionis formâ* exhibuit Dioſcorid. cum aqua pura vel mulsa. Elegantius hodie cum *ol. amygdal. dulcium* aut *ſyr. roſ. ſolut. ſimplic. & aqua deſtill.* convenienti.

℞. v. g. *ſyr. roſ. ſolut. ſimplic.* ℥ j. *diagrydii* gr. vij. plùs minùs cum *aqua cichor.* ſ. q. fiat potio. *Bolus* conficitur ex *Diagryd.* gr. xij. xv. cum *conſervæ roſar.* ʒ ij. & *ol. caryophyll. deſtillat.* gutt. iiij. gratiſſima purgatio. *Electuarii formâ* uſurpatur in *electuario de ſucco roſar.* & *diacydonio lucido purgante*, cujus utriusque doſis ad ʒ iij. quamvis *elect. de ſucco roſar.* per ſe non uſurpetur ferè, ſed diſſolutum aqua deſtill. convenienti in formam potionis. Fit etiam jucundisſimum elect. ex mucilaginis pomorum duplo ad ſaccharum, cocto ad conſiſtentiam juſtam: addendo deinde infuſum ſcammonii hâc proportione, ut ℥ j. elect. recipiat ʒ j. infuſi: iterum dein coquendo ad juſtam conſiſtentiam fiat elect. inſtar diacydon. Doſis ad ʒ iij. Infuſum autem ſcammoneæ fit in aqua vitæ, quod dein per chartam emporeticam trajicitur. *Pilular. formâ* uſurpatur cùm in multis maſſis pilular. officinal. tùm etiam formando pilulas magiſtrales, ex diagrydii certâ doſi, v. g. gr. viij. viiij. xij. cum

ſucco

ſucco vel ſyr. idoneo. *Pulvis* deniq; ex diagrydio ſic fit. ℞. *Cremor. tartar.* ℈ ij. vel ʒ j. *diagryd.* gr. vij. vel plus pro indicationibus, M.ß. fiat pulvis, qui ſumatur in juſculo.

PURGANTIA COMPOSITA.

Cholagoga Compoſita Uſualia.

EXtracta.] Aloës ſ.& c. rhab. Diacitri *Reuſn.* Cholalogum *Quercetani.* Pulpa prunorum & Tamarind. Pulpa Caſſiæ ſ. Flos. item Caſſia Extracta cuius in Enematibus frequens uſus. Extr. Scammonii. Rhab. ſimpl. Gratiolæ. Myrobalanor. Senæ. Diacaſſia cum Manna. Diacydon. lucid. purg. Diagridii aromatiſatũ quod *Francof. in uſu.*

Decocta & Aquæ.] Aperitivum majus, & c. rhab. quod efficaciùs. Fumariæ *Meſ.* Rhab. ſenæ. cui adde & Aquam ſolutivam *Zacuti pro Infantibus & Pueris.* Capillorum Veneris *Meſ.* Aq. Mannæ & Manna liquida, Hydromel purgans.

Syrupi.

Syrupi.] de Cich. c. rhab. *Nic. Flor.* Domeſticus de rhab. ſolutivus blandè alvum ſubducit. Roſatus ſolutivus ſimplex & comp. Roſatus ſolutivus *Quercet.* Lenitivus de tribus. Violatus ſolutivus. Mel roſatum laxativum. Mel violatum ſolutivum. Syr. fl. acaciæ, è fl. Perſicor. De Fumaria. Diaſereos *Andernaci.* ex lupulis. ex infuſione multiplici roſar.

Electuaria.] Diacaſſia cum Manna *Incerti aut.* Lenitivum *Florenzolæ.* Lenitivum de Manna. *Nic. Alex.* Diaprunis ſimpl. Diaprunis Lenitivum. ſ. Diadamaſcenum *Nic.* Hieræ *Gal.* Hieræ c. agarico. Lenitivum ex Tamarindis. Tryphera Perſica *Meſ. aut. Ioann. Damaſc.* Diacarthamum *Arnoldi Villan.* Caryocoſtinum *Bayri.* De Citro ſolutivum. Epiſcopi. Conf. Hamech. de Pſyllio cujus præcipuus in Dyſ. uſus. Roſatum *Meſ.* de ſucco roſar. *Nic.* Catharcticum Imperiale *Nic. Alex.* Diaſebiſten ſolutiv. Diacaſſ. *Concorregii.* Diamarenatum *H. Saxon.* Diacydon. ſolutiv.

Confe-

Confectiones Rotulæ & Trochiſci.] Tab. Diaturbith. c. Rhab. *Montagn.* de ſucco roſarum. Zingiber laxativum. Diacarthamũ ſolidum. Aniſum Laxativ. Trochiſci de violis ſol. *Meſ.* de agarico *Ejusd.* de Rhab. Alhand. Tabulæ de Manna.

Pulveres.] ſolutivus de tribus ſpec. diaturbith. c. Rhab. Cholagogus *Quercet.* Diagrid. Sulphurati. Cremores Tartari c. Reſin. ſcammon. ſenæ *Montagn.* Magiſter. ſcammon. ſcammonium roſatum.

Pilulæ.] de quinque gen. myrobalan. de rhab. *Meſ.* de Aloë lota, aureæ. de hiera c. agarico de tribus c. Rhab. de hiera ſimpl. Aloë roſata. aſſiaireth. Aloë phanginæ. cochiæ. *Ruffi* ſ. Peſtilentiales. Arabicæ. ſine quibus. Maſtichinæ, de Eupatorio *Meſ.* Aggregativæ. Cholagogæ *Mercati* quæ mirè utiles. de opopanac. *de aloe Aquæpendentis.*

Purgan-

Purgantium

II. CLASSIS,

in quâ tractantur,

PHLEGMAGOGA.

CARTHAMUS.

Genus.

EST ſemen cnici ſativi, cujus medullâ tantùm ad purgationes utimur; proindè etiam in receptis vulgo præſcribitur medulla ſeminis carthami contuſi.

Electio.

Meliùs eſt ſemen, quod eſt album & planum, craſſum & plenum: cujus medulla eſt unctuoſa & pinguis, & cortex tenuis.

Qualitates.

Meſuæ calidum 1. & ſiccum 2. [Galenus & Paulus calefacere dicunt in tertio, ſi quis extrinſecus utatur.] Purgat pituitam & aquas mirè, flatus diſcutit; proindè colicis & anaſarcæ confert.

Thora-

Digitized by Google

Thoraci & pulmoni ſtudet; ſed ventriculo adverſatur.

Corrigentia.

Corrigitur, quatenus lædit ventriculum, ſtomachicis, qualia ſunt *aniſum, cinamom. galanga. maſtix*, & ſimilia, quatenus tardæ eſt operationis, additis acribus, ut *cardamomo, zingibere, ſale gemme*.

Doſis.

Ab ℥ß. ad ʒvj. ℥j.

Modus.

Exhibetur raró extra compoſitionem officinalem *diacarthami* in liquido ac ſolido. Apud Meſuem tamen ex ſuâ & aliorum ſententiâ uſurpatur. 1. *Formâ pilularũ*, formando ex *medullæ cartham.* ʒx. cum *cardamom.* ʒj. pilulas inſtar ciceris, & dando ʒv. pro unâ doſi. 2. *Forma ſyrupi* melliti, oxymellitis ſc.; *medullâ carthami* panno ligatâ, & *oxymelliti ſquillitico*, dum coquitur, immersâ, quâ id ſolutivum efficitur. 3. *Formá boli*. ℞. *Medull. carth.* ʒxij. *penidior.* ʒiiij. *cardamom.*

zingib.

zingib. ana ℨj. cum melle, fiant boli inſtar nucis, quorum unum, vel duos ſumat. 4. *Formâ potionis,* eadem medullâ ad ℥ ß. cum corrigentium momento, in jure galli cocta propinata.

AGARICVS.

Genus, & electio.

Eſt fungus adnatus trunco laricis; nomen habens ab Agaria, Sarmatiæ regione, in qua præſtantiſſimum naſcitur; quamvis optimum quoque habeatur ex Delphinatu Galliæ, montibus Tridentinis, nec non Rhetorum, Vindelicorum, & Noricorum tractu.

Notæ optimi Agarici hoc diſticho continentur.

Res frangi præſtò, pretioſus Agaricus eſto,
Candidus & ſplendens, bonus in libra leve pendens.

Improbatur nigricans, gravis, corroſus, & qui caudici propè adnatus inhæſit.

Qualitates.

Calidus eſt primo, ſiccus ſecundo gradu: incidit, attenuat, terget, aperit, & diſcu-

diſcutit. Purgat pituitam, craſſam præcipuè ac lentam, & bilem utramque à cerebro, nervis, muſculis, ſenſoriis, ſpinâ dorſi, thorace, pulmone, ventriculo, hepate, liene, renibus, utero, articulis, venenis quoque reſiſtit: undè forſan à Democrito medicina familiæ appellatur; quòd ad omnes corporis partes conformitatem habeat, earumque obſtructiones, atque ab iis genitos morbos inveratos tollat. Omni ætati tutus eſt.

Correctio.

Duo vitia corrigenda ſunt in Agarico: 1. Tarditas ipſius. 2. Levitas, ob quam ad fundum ventriculi ægrè deſcendens nauſeam & vomitum facit, & inteſtinis adhærens ea lancinando & pungendo, fluxionesq; concitando dolores parit: quæ vitia variè quidem apud Meſuem corriguntur; optima tamen ratio eſt, ſi trochiſcetur agaricus, cùm ſ. q. vini albi, vel malvatici, in quo zingiber fuerit infuſum.

Doſis.

Doſis, ac Modus.

Pulvis trochiſcati & non trochiſcati à ℈ij. ad ʒj. ʒij. In decocto vel infuſo à ʒij. ad ʒiiij. ʒ v. Exhibetur *forma potionis, pilular. boli. Potionis forma*, ſi pulvis agarici, præſertim trochiſcati, convenienti liquore diſſolvatur, & exhibeatur: vel in eodem decoquatur aut infundatur, & poſteà colatura propinetur. *Pilularum forma*, cum in pilulis officinalibus, tùm etiam magiſtralibus, formando ex certâ, doſi agarici, additis, ſi lubet, deducentibus ad partem affectam, cum melle vel ſyrupo idoneo pilulas. *Boli* denique *forma*, ſumendo quantitatem agarici, & cum *diaphœnico* vel *conſerva roſar.* formando bolum.

TVRBITH.

Genus.

Turbith eſt radix, ex aliquâ harum plantarum, quæ lacteum ſuccum fundunt, accepta: ſed qualis illa ſit, anceps eſt controverſia; undè alii aliter judicant. Actuar. modò pityuſæ radicem, modò

modò alypum Dioſcor. exiſtimat: Serapio Avicenna radicem tripolii Dioſcorid. Braſavolus putat tithymali myrſinitis radicem. Alii, inter quos Fuchſius, thapſiæ, alii ſcammoneæ radicem autumant. Vndè, Cluſio monente in Garciam, loco turpethi in multis Hiſpaniæ locis utuntur radice thapſiæ, & aliis locis Europæ radice ſcammoneæ.

Electio.

Laudatur ponderoſum & ſubalbidum, aut cinericium, recens ac fractu facilè, intùs gummoſum; adulteratum enim in extremitatibus tantùm gummoſum eſt.

Qualitates.

Calidum eſt in tertio, & ſiccum in ſecundo gradu intenſo. Purgat pituitam craſſam & tenacem, ac putrem ex ventriculo, pectore, & partibus remotis, ut juncturis. Vndè confert arthriticis, febribus pituitoſis, præſervat à pſora, lepra & aliis vitiis pituitoſis cutis, ſecundùm Meſ. Nocet ventriculo, nau-

ſeam

